12. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ τοῖς Πλάτωνος χαίρων διδάγμασι, διαβαλλομένους ἀκούων Χριστιανούς, ὄρων δὲ ἀφόβους πρὸς θάνατον καὶ πάντα τὰ ἄλλα νομιζόμενα φοβερά, ἐνενόουν ἀδύνατον εἶναι ἐν κακίᾳ 5 καὶ φιληδονίᾳ ὑπάρχειν αὐτούς. Τίς γὰρ φιλήδονος ἢ ἀκρατῆς καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν βορὰν ἀγαθὸν ἠγούμενος θύναίτο ἂν θάνατον ἀσπάζεσθαι, ὅπως τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν στερηθῆ· ἀλλ' οὐκ ἐκ παντὸς ζῆν μὲν ἀεὶ τὴν ἐνθάδε βιοτήν καὶ λανθάνειν τοὺς ἄρχοντας ἐπειράτο, οὐχ ὅτι γε ἑαυτὸν κατήγγειλε φονευθησόμενον; Ἦδη καὶ τοῦτο ἐνίρ- 10 γησαν οἱ φαῦλοι δαίμονες διὰ τινων πονηρῶν ἀνθρώπων πραχθῆναι. Φονεύοντες γὰρ αὐτοὶ τινὰς ἐπὶ συκαφαντία τῇ εἰς ἡμᾶς καὶ εἰς βασιάνους εἴλκυσαν οἰκέτας τῶν ἡμετέρων ἢ παῖδας ἢ γυναῖκα, καὶ δι' αἰκισμῶν φοβερίων ἐξαναγκάζουσι κατεπειν ταῦτα τὰ μυθολογούμενα, ἃ αὐτοὶ φανερώς πράττουσιν· ὧν ἐπειδὴ οὐδὲν πρόσεστιν ἡμῖν, οὐ φροντίζομεν, 15 Θεὸν τὸν ἀγέννητον καὶ ἄρρητον μάρτυρα ἔχοντες τῶν τε λογισμῶν καὶ τῶν πράξεων. Τίνος γὰρ χάριν οὐχὶ καὶ ταῦτα δημοσίᾳ ὡμολογοῦμεν ἀγαθὰ καὶ φιλοσοφίαν θεῖαν αὐτὰ ἀπεδείκνυμεν, φάσκοντες, Κρόνου μὲν μυστήρια τελεῖν ἐν τῷ ἀνδροφονεῖν, καὶ ἐν τῷ αἵματος ἐμπύμπλασθαι, ὡς λέγεται, τὰ ἴσα τῷ παρ' ὑμῖν τιμωμένῳ εἰδώλῳ, ᾧ 20 οὐ μόνον ἀλόγων ζώων αἵματα προσραίνεται, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπεια διὰ τοῦ παρ' ὑμῖν ἐπισημοτάτου καὶ εὐγενεστάτου ἀνδρός τὴν πρόσχυσιν τοῦ τῶν φονευθέντων αἵματος ποιούμενοι, Διὸς δὲ καὶ τῶν ἄλλων θεῶν μιμηταὶ γενόμενοι ἐν τῷ ἀνδροβατεῖν καὶ γυναιεῖν ἀδεῶς μίγνυσθαι, Ἐπικούρου μὲν καὶ τὰ τῶν ποιητῶν συγγράμματα ἀπολογίαν φέροντες; Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα 25 τὰ μαθήματα καὶ τοῖς ταῦτα πράξαντας καὶ μιμουμένους φεύγειν πείθομεν, ὡς καὶ νῦν διὰ τῶνδε τῶν λόγων ἠγωνίσμεθα, ποικίλως πολεμούμεθα· ἀλλ' οὐ φροντίζομεν, ἐπεὶ Θεὸν τῶν πάντων ἐπόπτῃν δίκαιον οἶδαμεν. Εἰ δὲ καὶ νῦν τις ἂν τραγικῆ φωνῇ ἀνεβόησεν ἐπὶ τι βῆμα ὑψηλὸν ἀναβάς· αἰδέσθητε, αἰδέσθητε ἃ φανερώς πράττετε εἰς ἀναίτιους ἀνα- 30 φέροντες, καὶ τὰ προσόντα καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ὑμετέροις θεοῖς περιβάλλοντες τούτοις, ὧν οὐδὲν οὐδ' ἐπὶ ποσὸν μετουσία ἐστὶ. Μετάθεσθε, σωφρονίσθητε.

13. Καὶ γὰρ ἐγὼ μαθὼν περίβλημα πονηρὸν εἰς ἀποστροφὴν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων περιτεθειμένον ὑπὸ τῶν φαύλων δαιμόνων τοῖς Χριστιανῶν θείοις διδάγμασι καὶ ψευδολογούμενον ταῦτα καὶ τοῦ περιβλήματος κατεγέλασα καὶ τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξης· Χριστιανὸς εὐρέ-
 5 θῆναι καὶ εὐχόμενος καὶ παμμάχως ἀγωνιζόμενος ὁμολογῶ, οὐχ ὅτι ἀλλότρια ἐστὶ τὰ Πλάτωνος διδάγματα τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐστὶ πάντῃ ὅμοια, ὥσπερ οὐδὲ τὰ τῶν ἄλλων, Στωϊκῶν τε, καὶ ποιητῶν καὶ συγγραφέων. Ἐκαστος γὰρ τις ἀπὸ μέρους τοῦ σπερματικοῦ θείου λόγου τὸ συγγενὲς ὄρων καλῶς ἐφθέγγετο· οἱ δὲ τὰναντία αὐτοῖς ἐν
 10 κυριωτέροις εἰρηκότες οὐκ ἐπιστήμην τὴν ἄποπτον καὶ γινῶσιν τὴν ἀνέλεγκτον φαίνονται ἐσχηκέναι. Ὅσα οὖν παρὰ πᾶσι καλῶς εἴρηται, ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν ἐστὶ· τὸν γὰρ ἀπὸ ἀγεννήτου καὶ ἀρρήτου Θεοῦ λόγον μετὰ τὸν Θεὸν προσκυνοῦμεν καὶ ἀγαπῶμεν, ἐπειδὴ καὶ δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος γέγονεν, ὅπως καὶ τῶν παθῶν τῶν ἡμετέρων συμμέτοχος
 15 γενόμενος καὶ ἴασιν ποιήσεται. Οἱ γὰρ συγγραφεῖς πάντες διὰ τῆς ἐνούσης ἐμφύτου τοῦ λόγου σπορᾶς ἀμυδρῶς ἐδύναντο ὄραν τὰ ὄντα. Ἔτερον γὰρ ἐστὶ σπέρμα τινὸς καὶ μίμημα κατὰ δύναμιν δοθὲν καὶ ἕτερον αὐτὸ, οὐ κατὰ χάριν τὴν ἀπ' ἐκείνου ἢ μετουσία καὶ μίμησις γίνεται.

20 14. Καὶ ὑμᾶς οὖν ἀξιοῦμεν ὑπογράψαντας τὸ ὑμῖν δοκοῦν προθεῖναι τοῦτ' ἐπιβιβάζον, ὅπως καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ ἡμέτερα γνωσθῆ καὶ δύνωνται τῆς ψευδοδοξίας καὶ ἀγνοίας τῶν καλῶν ἀπαλλαγῆναι, οἱ παρὰ τὴν ἑαυτῶν αἰτίαν ὑπεύθυνοι ταῖς τιμωρίαις γίνονται, εἰς τὸ γνωσθῆναι τοῖς ἀνθρώποις ταῦτα, διὸ ἐν τῇ φύσει τῇ τῶν ἀνθρώπων εἶναι
 25 τὸ γνωριστικὸν καλοῦ καὶ αἰσχροῦ, καὶ διὰ τὸ ἡμῶν, οὐδὲ οὐκ ἐπίστανται τῶν αὐτῶν ὅποια λέγουσιν αἰσχρὰ καταψηφιζομένους, καὶ διὰ τὸ χαίρειν τῶν αὐτῶν πράξαι θεοῖς καὶ ἔτι νῦν ἀπαιτοῦσι παρὰ ἀνθρώπων τὰ ὅμοια, ἐκ τοῦ καὶ ἡμῖν, ὡς τῶν αὐτῶν πράττουσι, θάνατον ἢ δεσμὰ ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον πρόστιμιν ἑαυτοῦς κατακρίνειν, ὡς μὴ δέεσθαι ἄλλων
 30 δικαστῶν.

15. Καὶ τοῦ ἐν τῷ ἐμφῷ ἔθνει ἀσεβοῦς καὶ πλάνου Σιμωνιανοῦ διδάγματος κατεφρόνησα. Ἐὰν δὲ ὑμεῖς τοῦτο προγράψητε, ἡμεῖς τοῖς πᾶσι φανερόν ποιήσοιμεν, ἵνα εἰ δύναιντο μεταθῶνται· τούτου γε μόνου χάριν τούσδε τοὺς λόγους συνετάξαμεν. Οὐκ ἐστὶ δὲ ἡμῶν τὰ διδάγ-

ματα κατὰ κρίσιν σώφρονα αἰσχροῦ, ἀλλὰ πάσης μὲν φιλοσοφίας ἀν-
 θρωπέου ὑπέρτερα· εἰ δὴ μὴ, κἄν Σωταδεῖοις καὶ Φιλαινιδεῖοις καὶ
 ὀρχηστικοῖς καὶ Ἐπικουρεῖοις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις ποιητικοῖς
 διδάγμασιν οὐχ ὅμοια, οἷς ἐντυγχάνειν πᾶσι, καὶ γενομένοις καὶ γεγραμ-
 μένοις, συγκεχώρηται. Καὶ παυσόμεθα λοιπὸν ὅσον ἐφ' ἡμῖν ἦν πρά- 5
 ξαντες, καὶ προσεψευξάμενοι τῆς ἀληθείας καταξιωθῆναι τοὺς πάντη
 πάντας ἀνθρώπους. Εἴη οὖν καὶ ὑμᾶς ἀξίως εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας
 τὰ δίκαια ὑπὲρ ἑαυτῶν κρίναι.

APOLOGIAE SECUNDAE

quae feruntur fragmenta.

Ioann. Damasc. Parall. II. c. 87. (Antonii Meliss. I. c. 19.)
 Δυσαναβίβαστος ἡ ψυχὴ ἐπὶ ταῦτα, ἀφ' αὗτων ὠλίσθησε καλῶν· δυσεκ-
 βίβαστός τε τούτων, ὧν συνειθίσθη κακῶν.

Ioann. Damasc. Parall. II. c. 77. cod. Claromont. Ὅσπερ
 πᾶσι τοῖς γεννωμένοις σώμασιν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ συνυπάρχει καὶ τὸ σκιὰν
 ἔχειν· οὕτως τῷ Θεῷ δικαίῳ ὄντι τοῖς τὰ καλὰ ἐλομένοις καὶ τοῖς τὰ
 κακὰ προτιμήσασιν, ἀκόλουθόν ἐστι τὸ κατ' ἀξίαν ἐκάστω ἀπονεῖμαι.

Utrumque hoc fragmentum exstat in Grabii spicilegio
 patrum tom. II. p. 173; apud Maranum in appendice operum
 s. Iustini p. 59, et inde cum Grabii et Marani simul animad-
 versionibus transcripsit Gallandius bibl. P. P. tom. I, p. 607.
 Grabius qui, quam cum plerisque omnibus operum Iustini edi-
 toribus in apologia II, p. 50, 10. ante verba διὰ τὸ δυσμετάθετον
 καὶ φιλήδονον καὶ δυσκίνητον πρὸς τὸ καλὸν ὀρμῆσαι lacunam im-
 misit, primo hoc et altero fragmento explendam iudicavit.
 Ad quae recte observavit Maranus, sententiam in initio apo-
 logiae II, in quo Iustinus magno animi ardore fertur, si horum
 fragmentorum verba insererentur, retardari et impediri, hiulcam
 non expleri. Vide nostram ad illum locum animadversionem.

NOTATIONES

IN APOLOGIAM PRIOREM.

P. 1. Apologiam hanc ordine et tempore primam inscripsit Iustinus 1. imperatoribus, 2. senatui et 3. populo Romano. Ut intellegatur cur hoc fecerit, necesse est in mentem revocetur qua ratione criminalia iudicia in urbe exercita et quomodo de civibus, qui alicuius facinoris convicti aut confessi essent, poenae sumptae sint. Ac diu quidem nullus fuit magistratus ordinarius, qui de criminibus cognosceret; nam primo ipso anno post exactos reges lata est lex Valeria ut ne consules quidem ipsi, quorum erat summum et, ut Cicero loquitur, regium imperium, in caput civis Romani animadvertere iniussu populi possent. Itaque si quid admissum erat, quod publice vindicandum videretur, referebatur de eo aut ad senatum aut ad populum, et vel senatusconsulto vel lege mandabatur quaestio huic aut illi magistratui, consuli puta aut praetori, qui re quaesita referebat denuo ad populum: tum populus comitiis centuriatis, (neque enim aliter fas erat), de civium capite iudicabat. Ita dici potest, potestatem gravioris coercitionis in cives Romae antiquitus apud populum solum fuisse. Oppressa et in unius arbitrium redacta republica, quae potestas penes populum fuerat, penes imperatores esse coepit, qui etiam dederunt praefecto urbis ius quaerendi de criminibus, et in sontes pro admissi modo animadvertendi. Inde factum est, ut in libris, quibus sanctorum martyrum res gestae et poenae, quas quisque pro Christi nomine excepit, continentur, fere semper reperiat, sub quo quisque praefecto martyrii coronam acce-

perit. Plerumque tamen de honestioribus civibus non sumebatur supplicium nisi iussu ipsius imperatoris. In senatum antiquis temporibus non nisi spectatae virtutis et prudentiae viri legebantur, et si qui non satis ex illius ordinis dignitate se gererent, amovebantur. Postea vero, imperatorum tempore, vetus eorum virtus defecit, et assentatores imperatorum facti sunt, ita ut ne opus quidem fuisset Iustino, aut senatum aut populum alloqui, quod et a Tatiano et Tertulliano intermissum est; nam ille imperatoribus solis, hic librum suum imperii antistitibus inscripsit.

De particulae πρὸς in apologiae huius inscriptione usu vide F. A. Wolfii prolegomena in orationem Demosthenis Lepetineam, apparat. crit. et exeget. ad Demosth. adv. Ebulid. p. 965. et Mureti v. l. lib. VII. p. 74. edit. Venet., ubi vir summus locum e primo Topicorum Aristotelis peracute illustravit.

P. 1, 2. Οὐρηρισίμω. Hic est Marcus Aelius Verus, aut Marcus Aurelius philosophus.

P. 1, 2. φιλοσόφω. Apud Eusebium hist. ecclesiast. lib. 4. c. 12., qui hoc prioris apol. Iustini exordium repetit, legitur φιλοσόφου, sed vulgatam scripturam φιλοσόφω merito defendit Maranus, argumentis nixus hisce: Primum quattuor codd. Eusebii, qui citantur a Valesio: Maz. Med. Fuk. Sav., atque unus e Colbert., exhibent φιλοσόφω. Deinde de eodem Lucio legimus in apol. 2. p. 52, 6 φιλοσόφω, Καίσαρος παιδί, cum omnium codicum consensu, uno tantum de regiis excepto, unde lectio probata est Nicephoro et Rufino. Denique probabilius est, viventem etiam tum Lucium Verum philosophi nomine laudandi gratia ornari, quam mortuo ipsius patri id cognomen loco tribui. Nuperrime tamen alterius lectionis patrocinium sibi suscipiendum existimavit Neander Berol., praeunte Longueruo. Illius v. Allgemeine Geschichte der christlichen Religion und Kirche 1. Bandes dritte Abtheilung p. 742. Sententiam suam probare studet hoc modo. Orationis aequabilitatem non ferre

dicit, ut Lucio duo addantur epitheta, neque ullo modo esse credibile, novem annorum puerum, qui quidem recte ἐραστῆς παιδείας a Iustino, atque etiam a Spartano eruditus in litteris appellatus sit, philosophum vocari. — Sed primum argumentum ex orationis inaequabilitate ductum in Iustino, scriptore parum curioso, exigui momenti est et similis structurae aequae impeditae exemplo p. 1, 19, καὶ χρονία προκατεσχηκυσία φήμη κακῆ prorsus evertitur. Neque illa mutatione efficitur sententiarum concinnitas, siquidem ita ad vocem Εὐσεβοῦς alterum desideres epitheton, quod respondeat priori philosopho. Deinde cum non satis constet, quo anno haec apologia scripta sit, ne affirmari quidem potest Lucium Verum, cum haec scriberet Iustinus, nonum aetatis annum nondum excessisse. Tum vero philosophiae nomen apud antiquos minime his angustiis, quibus hodie tenetur, inclusum erat, id quod vel ex uno loco Capitolini in Marco cap. 2. patet: Philosophiae operam vehementer dedit, et quidem adhuc puer; nam duodecimum annum ingressus habitum philosophiae assumpsit, et deinceps tolerantiam cum studeret in pallio et humi cubaret, vix autem matre agente in strato pellibus lectulo accubaret. Cf. Philosoph. Vorlesungen insbes. über Philosophie der Sprache und des Wortes von Friedrich von Schlegel. Wien 1830. p. 1. Itaque cui puero s. Iustinus non dubitavit apologiam suam inscribere, eundem recte philosophum appellavit, quocum optime convenit, quod addit ἐραστῆ παιδείας, ut multis locis ex antiquis scriptoribus allatis probavit Maranus. Est autem παιδεία omnis disciplina quae versatur in instituenda et ad honestatem formanda iuvenili aetate. Accedit, quod idem Lucius Apollonio et Sexto philosophis deditus fuisse, virosque doctos studiose secutus traditur a Iulio Capitolino. Quare non est, cur praelata Eusebii scriptura a vulgata recedamus.

P. 1, 3. εἰσποιητῶ. Florente republica adoptio fiebat aut per populum aut per magistratum, quod vocabatur *adrogatio*; rogabatur enim populus his fere verbis: *veitis, iubeatis, Qui-*

rites etc., sed omnibus in unius potestatem redactis, quod per populum fiebat, coeptum est fieri per rescriptum principis, ex qua re respublica Romana multum detrimenti cepit.

P. 1, 4. ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους· cf. p. 14, 1. τί παρὰ πάντα ἀδίκως μισούμεθα et passim, ad Diognetum 1. καὶ τί δὴ ποτε καινὸν τοῦτο γένος ἢ ἐπιτήδευμα εἰσηλθεῖν εἰς τὸν βίον νῦν.

P. 1, 4. παντὶ δήμῳ Euseb. Ibid. ἐπιρραζομένων. Quae sit verbi ἐπιρραζέειν vis atque significatio, ex Aristotelis rhet. II, 2. clare intellegitur.

P. 1, 5. Ἰουστῖνος Πρίσκου τοῦ Βακχείου. Βακχείου Niceph. Hieronymus in catalogo patrem Iustini Priscum Bacchium dictum esse narrat, quem secutus est Christophorsonus. Verum Bacchius avus fuit Iustini. Itaque addit Iustinus τῶν ἀπὸ Φλαουίας, quod non nisi de pluribus dici potest, patre nimirum et avo. Valesius ad Eusebii h. e. IV, 12. Rectius Hagen., qui ad hunc locum docet illud τῶν l. 7 minime referri posse ad verba Πρίσκου τοῦ Βακχείου, sed explicandum esse: unus ex illis qui sunt ex Flavia Neapoli, quemadmodum infra p. 16, 24: ὁ ἀπὸ κόμης λεγομένης Γιττῶν p. 16, 34: ὁ ἀπὸ Καππαρεταίας, οἱ ἀπὸ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρέων, οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. cf. Viger. p. 570. Item contra Hieronymum aliosque qui eum secuti sunt docet, Iustinum non a Prisco Bacchio natum, sed Prisci filium, Bacchii autem nepotem, fuisse. — εἰς αὐτῶν, scilicet ἀδίκως μισουμένων.

P. 1, 6. αὐτῶν ὧν Euseb. Ibid. ἔντευξις, postulatum vertit Rufinus. Ἐντοχάνειν Graeci dicunt adire imperatorem et preces ad eum deferre, quod plerumque fiebat scripto. Artemidorus V, 17: ἐντοχὸν τῷ βασιλεῖ ἀφείδη τῆς ἀγγαρίας, id est libello imperatori oblato angariae onere liberatus est. Exstat huiusmodi libellus precum Marcellini presbyteri, oblatus Theodosio Augusto, nuper editus a Iacobo Sirmondo, qui sic incipit: Deprecamur mansuetudinem vestram! etc. Sed et in tomo 2. operum Athanasii referuntur eiusmodi preces Arianorum oblatae Ioviniano Augusto adversus Athanasium, quae ἐντοχία dicuntur; male interpres colloquium vertit. Incipiunt autem prorsus

eodem modo, quo libellus precum Marcellini: Δεόμεθά σου τοῦ κράτους. Valesius ad Euseb. hist. eccles. IV, 12. De aliis huius vocabuli significationibus cf. Suiceri thesaur. sub voce.

P. 1, 9. στέργειν. Notabilis est huius verbi constructio, qua de re cf. Isocrat. orat. de pace ed. Leloup. p. 130.

P. 1, 13. Coniicit H. Stephanus illud ὅ, τι λέγεσθε ortum esse ex ὃ ἐστὶ λέγεσθε, quae ad explicandum hoc ἀκούετε margini fuerint adscripta atque inde in textum introducta. Heumannus in symbolis criticis ad Iust. M. (vide miscell. Lips. nov. vol. 3. part. 2. p. 224.) illud ὅτι tantummodo expungendum putat. Simplicissimum foret quamquam non optimum scribere pro ὅτι ὃ τι: vos iustitiae custodes et appellamini et utique auditis, utrum vero reipsa sitis, quod appellamini et auditis, demonstrabitur. Quae tamen vana sunt omnia, neque necessaria est ulla mutatio.

P. 1, 16. γραμμάτων. Codd. regius et Clarom. ad marginem habent πραγμάτων, ita et cod. N. 450. biblioth. reg. Paris., quae scripturae diversitas ex simili litterarum Γ et Π figura orta est.

P. 1, 18. προσεληλύθειμεν. Sylburgius, cui nos cum Thalemanno, Hageno (in symbolis suis ad priorem s. Iustini apolog. quae sunt in tomo 65. commentariorum Bonnensium, quos Zeitschrift für Philosophie u. kathol. Theologie inscriptos cum multis viris doctis foras dedi) et Ottone assentimur, legendum putat προσεληλύθαμεν. cf. Athenag. legat. p. Christ. c. 2. p. 280 Theoph. ad Autolyc. III, 4. p. 283 ed. Marani.

P. 1, 18. ἀνθρωποπαρεσκειά. Cod. Paris. modo laudatus: ἀνθρωποπαρεσκειά, serioris vocabulum graecitatis, quo denotatur (nimium) hominibus placendi studium. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 613. Suicer. s. v.

P. 2, 4. S. Iust. respicere ad dictum Socraticum: ἐμὲ μὲν γὰρ οὐδὲν ἄν βλάψειεν οὔτε Μέλιτος οὔτε Ἄνοτος· οὐδὲ γὰρ ἄν δύναιντο κ. τ. λ., ex Platonis apolog. p. 30 C. a Davis. ad Cic. de nat. deor. p. 292. et a Mar. ad hunc locum annotatum est.

P. 2, 7. μᾶλλον δὲ κολάζειν. Haec verba vehementer vexarunt interpretum ingenia. Levissima immutatione locum sanasse sibi visus est Maranus, cum scriberet: ὡς πρόπον ἐστὶν ἄλλον δὲ κολάζειν, ut quemlibet alium punire decet, ita puniantur. Sed nimia levitate ductus non animadvertit, hoc modo particulam

δέ contra naturam quasi ad extremos Indorum fines detrudi, vel plane supervacaneam esse ac sensu carere. Non minus improbanda est Sylburgii coniectura, qui addit *πικρότερον*, adductus hac Langii interpretatione: seu potius ut acrius puniantur. Grabium vero interpretantem: seu potius ipsi puniatis et Fabricium, qui bibl. gr. vol. III. p. 59 hunc locum ita reddit: volumus in crimina Christianis obiecta inquiri, atque si ita se haberi probata fuerint, pro eo atque par est puniri, alia dicere atque quae in Graeco leguntur, quis est, qui non videat? Heuman. coniecit, lectorem aliquem doctum, cum male scriptum putasset *κολάζεσθαι* pro *κολάζειν*, margini adpinxisse *μᾶλλον κολάζειν*, librarium autem inde in textum recepisse et conexionis causa δέ addidisse. Corrector tamen ille falsus est in eo, quod putavit *κολάζεσθαι* hoc loco esse medium, atque medium aut nunquam, aut certe apud Iustinum vim activi non habere. Verum enimvero *κολάζεσθαι* nostro loco non medium, sed passivum est, id quod vel ex antecedente *ἐξετάζεσθαι* patet, quod hic medialem significationem obtinere nullo modo potest. Cf. p. 11, 22 et dialog. cum Tryph., ubi *κολάζεσθαι* ter sensu reperitur activo. Itaque ad vocem *κολάζεσθαι* supplendum esset *αὐτούς*, ut saepenumero. Sed levi et facili mutatione Beckmannus locum videtur emendasse: *κολάζεσθαι*, ὡς πρέπον ἐστὶν ἄλλον γε κολάζειν. Bellius eumque secutus Otto restituit: ὡς πρ. ἐστὶν ἀλόντας κολάζειν. Hoc autem notatu non indignum videatur, verbum *κολάζεσθαι* ad *κατηγορούμενα αὐτῶν* referri, cum tamen graece dici non possit *κολάζω τὰ κατηγορούμενα αὐτῶν* pro *κολάζω αὐτούς*. Quae quidem res explicatur eo discrimine, uti videtur, quod inter *τιμωρίαν* et *κόλασιν* intercedit. *Τιμωρία* enim refertur ad exigendam vindictam legibus debitam, *κόλασις* ad cohibitionem et emendationem peccantis. Cf. Wyttenb. ad select. princ. hist. p. 292. ed. Lips. Aristot. rhet. I, 10: διαφέρει δὲ τιμωρία καὶ κόλασις· ἡ μὲν γὰρ κόλασις τοῦ πάσχοντος ἕνεκά ἐστιν, ἡ δὲ τιμωρία τοῦ ποιούντος, ἵνα ἀποπληρωθῇ. Quocum cf. Gellius N. A. VI. 14. Iustin. apol. I, p. 2. l. 19 et 29.

P. 2, 9. *ἑαυτούς vobismet ipsis* cf. 9, 28. 29. 58, 31.

P. 2, 10. *τὰ πράγματα ἐπάγειν*. Billius observ. sacr. II, c. 6 vult τ. πρ. *ἐτάζειν* (examinare); quod si voluisset Iustinus, haud dubie *ἐξετάζειν* scripsisset, veluti p. 3, 19 *οὐ κρίσεις ἐξετάζετε, ἀλλὰ ἀλόγῳ πάθει . . . ἐξελαυνόμενοι*. Sylb. coniecit, *τὰς εἰσπράξεις*

seu τὰς τιμωρίας. Aliis fortasse magis placebit τ. πρ. ὑπάγειν h. e. deferre res in iudicium, quae quidem coniectura minoris mutationis commendationem habet. Sed quavis possumus emendatione supersedere, si cum Grabio πράγματα pro δυσχερείαις (vexationibus) accipimus; valet igitur τ. πρ. ἐπάγ. alicui negotium facessere, quemadmodum Fabricio (l. c.) adnotante ἐπάγειν κίνδονον in graecis scriptoribus obvium est. Otto intellegit πρ. ἐπάγειν lites intendere. Proponit Braunius pro πράγματα ἐπάγειν πράγματα παρέχειν, quod idem est atque πόνον παρέχειν τινί, alicui negotium facessere. v. Herodot. 1, 155, 175, 177 et Iustinus ipse apolog. II, p. 53, 2: ἡμῖν πράγματα μὴ παρέχετε: nobis negotia nolite facessere. — Pro πρόκλησιν Thirlb. et Otto legunt πρόσκλησιν.

P. 2, 13. τῶν μὲν γὰρ ἀρχόντων ἔργον ἐστὶ τοὺς ἀρχομένους ταῖς αὐτῶν ἐπιμελείαις ποιεῖν εὐδαιμονεστέρους. Isocrat. de pace c. 24.

P. 2, 14. τὴν φῆφον τίθεσθαι. Vide Buttm. ad Sophocl. Philoct. v. 1448. et apparat. ad Demosth. ed. Schaefer tom. 5. p. 463. 464.

P. 2, 16. Dictum est Platonis lib. 5. p. 473 de re publ., quod a Philone quoque refertur p. 445. et a Cicerone ad Quint. fr. epist. Idem Marco Antonino semper in ore fuisse, adnotatur a Iulio Capitolino in vita eius cap. 27. Sylburg. Cf. Astii adnotationem ad locum Platonis citatum, de re publ. V. 18. p. 528. Incuriosius haec sunt a Iustino citata; legitur enim tantummodo prior pars huius sententiae apud Platonem.

P. 2, 18. ὅπως ὑπὲρ τῶν ἀγνοεῖν. Alii aliter. Billius l. c. post ὅπως addit μὴ, delet αὐτῶν, sic et Thirlbuis, nisi quod μήπως pro ὅπως commendat; Grabius insuper pro αὐτοῖς legit αὐτοὶ idemque amplectitur Maranus, ita tamen, ut vulg. αὐτῶν recte approbet h. e. qui ex iis sive inter illos caecutiunt. Denique Thalemannus sic scribendum opinatur: ὅπως μὴ τῶν ἀγνοεῖν τὰ ἡμέτερα νομιζόντων τὴν τιμωρίαν ὧν ἂν πλημμελώσῃ τυφλώττοντες, αὐτοὶ ὀφλήσωμεν. Otto reponendum censet: ὅπως μὴ — τυφλ. αὐτοί. Illud αὐτῶν ferendum non est, quare deleatur. Ortum autem est dittographia ex αὐτοῖς, quod sequitur.

P. 2, 24. ὅσον τε. Cum Sylburgio, cui Thalem. adstipulatur, scribendum ὅσον γε.

P. 2, 30. ἔπαινος. Cui ignota est vis huius vocabuli, videat Moschopul. voc. attic. collect. in v. — Γίνεται δὲ ὁ μὲν ἔπαινος ἐπ' ἀρετᾶ aptum est ad hunc locum Archyt. Pythag. dictum, ap. Stob. serm. I, p. 13, 29.

P. 3, 1. τὸ δὲ χρηστόν. Non ignorat s. Iust. veram nominis Christiani originem, ut apparet ex apolog. I. p. 7, l. 13. II. p. 54, 6. 7. Nec ideo cum Sylburgio, Langio et Grabio legendum *χρηστιανοί*. Vehementer vero antiqui tum sacri, tum profani scriptores, Attici imprimis, Plato et Demosthenes in eiusmodi lusibus etymologicis, et quidem in hac ipsa voce *χρηστός* elaborarunt. Cf. Grotius ad Matth. I. 21. Dionys. Petav. in Epiph. tom. II. p. 53. De consuetudine vero, quae tum temporis iam invaluerat, pronuntiandi ἦ sono ἰ vide locos, quos in hanc rem e patribus ecclesiasticis collegit Liscovius: Ueber die Aussprache des Griechischen p. 117, 119, 123, et Marani ad hunc locum doctam animadversionem. Tironum gratia notandum est, τὴν ἀγαθότητα virtutem bellicam, τὴν χρηστότητα virtutem civilem designare.

P. 3, 9. τοῖς ἄλλως. Ita dedit Maranus cum H. Steph. et Ottone e codicibus manuscriptis. Billius, Grabius, Thalemannus lectionem tuentur τοῖς ἄλλοις, quae est in editis. Sed hoc est locus sanos contra codicum auctoritatem corrumpere. Τοῖς enim ἄλλοις hoc sensu eoque nexu vereor, ut Graecum sit. Significat autem et hoc et sescentis aliis locis alioquin, alio modo, alia ex causa, quam ex vera, ὡς ἔτοχεν, *temere*. Vide Hormann. ad Lucianum de conscribenda historia p. 70, et Voemel ad Demosth. Olynth. II. p. 89. Atque sic non intellecta verborum constructio causa fuit, cur Grabius ante vocem ἀδικίαν insereret ὡς.

P. 3, 11. Ne quis substituat φιλοσόφων pro φιλοσοφίας, videnda est, admonente Hagen. docta Iac. Perizonii explicatio in animadvers. hist. p. 68. seq. ed. Harless.

P. 3, 17. ὑβρίζουσι τούτους. Editi male exhibent τούτοις. Cf. Matthiae, Ausführliche Griechische Grammatik §. 411. 2, p. 750. Viger. p. 30 ed. alt.; et de potestate huius verbi vid. Aristotel. rhet. I, 10. Ita et codices manuscripti.

P. 3, 18. Τί δὴ οὖν τοῦτ' ἂν εἴη; Ita interpungit Maranus; Fabricius vero bibl. gr. lib. 5. p. 54. τί δὴ οὖν τοῦτ' ἂν εἴη

ἐφ' ἡμῶν; quare igitur ita agitur nobiscum? ut nempe a vobis prohibeamur; — paulo ante enim dixerat: *κακείνων* (indigna de aliis tradentium) τὰ διδάγματα οἱ μετρηχόμενοι οὐκ εἴργονται πρὸς ὑμῶν, eorumque doctrinam qui propagant, neutiquam prohibentur a vobis. Infra p. 5, 4 καὶ ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἡγούμεθα εἶναι τῷ μὴ εἴργεσθαι ταῦτα μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ προτρέπεσθαι ἐπὶ ταῦτα, atque e re cunctorum hominum esse arbitramur, ut non modo ista addiscere non prohibeantur, sed etiam cohortatione ad ea incitentur. Haec ille. Grabius putat οὐ post οὖν fortasse excidisse: quare igitur nobis non fit eadem gratia, quae fit illis philosophis, quorum scilicet Iustinus mentionem fecerat. Thirlbuis vertit: Quid vero id tandem in nobis fuerit, recipientibus nihil nos iniuste agere, neque haec divinitatem omnino abolentia opinari et docere?

P. 3, 19. οὐ κρίσει. Cum Grabio legendum οὐ κρίσει. — οὐς οὐ κρίσει Pearson.

P. 3, 21. ἐπεὶ nam, namque cf. 27, 27.

P. 3, 26. Pro αὐτῷ scribendum est αὐτῷ i. e. ἑαυτῷ. Eadem sententia totidem verbis expressa legitur apolog. II. §. 5. Consule Matthiae Gr. Gr. t. I. p. 278. et de pronomine addito medio vide grammaticas graecas Buttmani §. 135. a. 6. Rostii p. 450.

P. 3, 29. καὶ αὐτοί. legendum cum Thirlbio καὶ αὐτον.

P. 3, 30. καινὰ εἰσφέρειν αὐτὸν δαιμόνια. Repetuntur haec apolog. II. §. 10. et e Xenophontis memorabil. lib. I. c. 1. atque e Platonis apologia Socratis p. 24 B. expressa videntur. Hic Socratis iuratum litis formulam his effert verbis: Σωκράτη φησὶν ἀδικεῖν τοὺς τε νέους διαφθείροντα καὶ θεοὺς, οὓς ἡ πόλις νομίζει, οὐ νομίζοντα, ἕτερα δὲ δαιμόνια καινά. — Apud illum autem leguntur haec: ὄθεν δὲ καὶ μάλιστα μοι δοκοῦσιν αὐτὸν αἰτιάσασθαι καινὰ δαιμόνια εἰσφέρειν.

P. 3, 32. Ἑλλησι habent codd. Legendum esse ἐν Ἑλλησι, etiam non admoniti animadvertent. Cf. p. 4, 15. et saepius alias. Quod cum post Perionium omnes observarint, propositio haec ab Ottone in textum recepta est, uno invito Hagen. qui Ἑλλησι dativum, quem dicunt, commodi esse iudicat et minime respondere ἐν Ἑλλησι = ἐν βαρβάρους animadvertit.

P. 4, 1. μὴ ὀρθοὺς εἶναι φαμεν. Omnino scribendum crediderim μὴ θεοὺς εἶναι φαμεν. Sanctus enim martyr se iis opponit,

qui μὴ ἐπιστάμενοι δαίμονας εἶναι φαύλους θεοὺς προσωνόμαζον, ut paulo ante loquitur, Davis. Per brevitatem nobis impositam non licet hoc loco docere, quae fuerit vocabuli δαίμων apud classicos scriptores origo atque vis; perbene autem id factum est a Creuzero Symbolik, tom. III p. 3 sqq., quem velim conferat. Patres ecclesiastici autem hac voce constanter de malis angelis utuntur, ac sponderim nullum plane in eorum scriptis inveniri locum, ubi angelus bonus qualicumque addito epitheto hoc nomine sit insignitus. Speciminis causa ex immenso numero paucos hic locos subnotabo. Apolog. II. §. 6. et 7., Athenag. in legat. pro Christianis c. 22. p. 101. et 23. p. 105 ed. Dechair., Tatianus orat. contra Graecos §. 20. p. 48. ed. Worth., Theophyl. ad Autolye. lib. II. §. 38. p. 194. ed. Wolf. Ne multa, patres δαιμόνων ὄνομα μέσον εἶναι negantes δαίμονας nonnisi malos esse diserte affirmant, atque in sacris litteris, in quibus hoc vocabulum de malis tantum angelis dici persuasum habebant, opinionis huius sibi credebant inesse firmamentum. Cf. Origen. c. Cels. V et August. de Civ. d. IX, 19: Iam mihi de bonis angelis aliquid videtur disserendum, quos isti esse non negant, sed eos bonos daemones vocare quam angelos malunt. Nos autem, sicut scriptura loquitur, secundum quam Christiani sumus, angelos quidem partim malos, nunquam vero bonos daemones legimus: sed ubicumque illarum litterarum hoc nomen positum reperitur, sive daemones, sive daemonia dicantur, nonnisi maligni designantur spiritus etc. Cf. Suicer. in voce δαίμων, et Keil. opuscul. academ. p. 589.

P. 4, 8. τῶν ἄλλων — — ἀγγέλων στρατὸν. Illud ἄλλων pleonasmus est Graecis usitatissimus, de cuius natura et significatione post Heindorfium ad Plat. Gorg. plures disputarunt neque tamen eam satis explicarunt. Filius Ἄγγελος est et a Iustino dicitur, dial. c. 57. Et haec est ratio, quod cum cultu Filii immediate iungitur cultus angelorum et tunc demum sequitur Sancti Spiritus. Ceterum locus est insignis, in quo nobile quoddam praesidium inesse contendunt catholici suae de cultu angelorum doctrinae. Nec inter protestantes desunt viri docti, qui in eandem cum iis eant sententiam. Neander, Georgii Hasselbach, Semisch, Baumgarten-Crusius et maxime Otto qui contrarias explicationes refert et refutat. Thalem., Grab., alii ἀγγέλων στρατὸν atque ἡμᾶς iungunt cum διδάξαντα, ut Christus

homines et angelos docuisse dicatur. Moehler, Roessler et alii iungunt ἀγγ. στρατόν et ταῦτα cum διδάξ.: non solum de his sed etiam de angelis docuit. Keil et alii στρατόν mutant in στρατηγόν veneramur Christum, dūcem angelorum. Alii etiam absurdius et audacius tradita mutarunt

P. 4, 14. προλεχθέντας. Billius et Perionius προελεχθέντας, non improbante Marano; Grabii vero suspicio, qui pro τοὺς legi vult τοῦτο, idonea est Marano destituta ratione, quod et de Billii coniectura existimandum, ante οὐ inserentis πάντας.

P. 4, 33. Mendose in priore nostra editione legitur Ῥαδάμανθον, corrigendum Ῥαδάμανθον; ita in mss., ita apud Tatian. c. Graec. 6. p. 248 edit. Maran., ita apud Athenag. legat. pro christ. §. 12. p. 288. eiusd. edit.; Thalem. igitur et quaedam aliae editt. male Ῥαδάμανθον.

P. 5, 1. καί, cum Davisio legendum καὶν.

P. 5, 3. χιλιονταετη. Vid. Plato de republica l. x. eiusdemque Phaedrus et Gorgias.

P. 5, 4. ἡ δὲ πλάνη ἐστὶν ἄλλου πρὸς ἕτερον. In verbis ἡ δὲ πλάνη omissum videtur culpa librarii ἡ, quod recte a Thirlbio et Thalemanno receptum est. Ceterum locus magno est interpretum dissidio impeditus. Aliquam in eo latere corruptelam iam odoratus est Grabius, nec tamen eam potuit remove; Perionius vertit: error hic unus est cum altero; Langius: in errorem hoc alium ex alio seductio fuerit; Fabric. l. l. doctam operosamque hanc instituit disputationem: πλάνη ἄλλου πρὸς ἕτερον, inquit, est error, quo quis decipitur in subiecto; et vertit hoc modo: error autem noster consistit in eo, quod nos alii cuidam Christo nempe tribuimus, quod vos ethnici Rhadamantho et Minoi vindicatis, dum interim in re ipsa nihil peccasse aut absurdi statuere a vobis convinci possumus. Maranus ἡδε ἡ πλάνη, inquit, error communis est et quotidianus, quem si quis nobis obiiciat, facile sit in ipso censore simile aliquod vitium castigare. Hae quam parum aptae sint interpretationes omnes, nemo est, puto, qui non videat. Levissima autem medela omnia sanari possunt. Scribe ἀλλ' οὐ pro ἄλλου, et habes: πρὸς ἡμᾶς ἡδε ἡ πλάνη ἐστὶν, ἀλλ' οὐ πρὸς ἕτερον κ. τ. λ. quam Thirlbii egregiam coniecturam Otto quoque recipit.

P. 5, 6. Praebet cod. Clarom. τιμῶμεν οὖς, editi male τιμωμένους.

P. 5, 20. λέγεσθε. Ita codd. et H. Steph. Editi omnes λέγεσθαι.

P. 5, 24. Otto: οὐδὲ δ. pro οὐ δέεσθαι. Thalem. δεῖσθαι..

P. 5, 25. προσειλήφμεν. H. Steph., Sylburg. et Grabijs προσειλήφμεν, Thalemannus παρειλήφμεν. „Sed Iustinus, inquit Maranus, vix ullam vocem frequentius usurpat, cum acceptam a Christo et apostolis traditionem commemorat.“ Huc accedit, quod sua sponte minime vitiosa est, vel longe alteri praefereunda, ad ea significanda, quae a Christo et apostolis edocti sumus.

P. 5, 26. μόνον. Hagen. μόνους. Cf. p. 15, 1.

P. 5, 29. πάντα τὴν ἀρχὴν ἀγαθὸν ὄντα δημιουργῆσαι αὐτὸν ἐξ ἀμόρφου ἕλης δι' ἀνθρώπους δεδιδάγμεθα. — Et cum bonus sit, omnia illum ab initio creasse, vertit Maranus, perperam omnino; et ita intellegunt omnes. Immo vero τὴν ἀρχὴν est omnino, schlechthin, et hanc significationem cum plurimis alijs e Iustino locis, tum vero optimorum scriptorum exemplis firmare in promptu est. Vide v. c. p. 5, 30. 6, 2., 13, 9. quibus adiunge Herodot. I. 193. IV. 25. VII. 26., Thucyd. VI. 56., Xenoph. oec. II. 11., Platon. Lys. p. 365. Et si vis alia, adi Reitz. ad Viger. p. 723. Lucian. Nigr. p. 66., Aristipp. apud Stobaeum p. 233. 40. et Taylor. ad Lys. p. 161., ad Demosth. tom. III. p. 243. Hanc huius ῥήσεως, cuius originem non fugit Wolfium ad Demosth. Lept. p. 278., si animadverteris vim et potestatem, vexatissimum illum Ioh. VIII. 25. locum facile expedies. Nihil aliud enim sibi volunt τὴν ἀρχὴν εἶ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν, quam: omnino is sum, quem me etiam esse coram vobis profiteor. Sic Braunius. Sed nulla ratio est, hic alio accipiendi sensu τὴν ἀρχὴν atque in duobus mox sequentibus locis huius capituli. Ab initio condidit deus mundum ex informi materia non quidem aeterna sed antea creata. Cf. quae in Commentt. de iisdem verbis diximus Sap. XI, 18.

P. 5, 30. De usu verbi ἄξιος cum dativo cf. Porson. ad Euripid. Hecub. v. 313. Lexic. Xenoph. t. I. p. 235. Matth. Gr. Gr. §. 387.

P. 5, 31. βουλευμάτι. Sylb. βουλήματι; cf. Wesseling, ad Herodot. p. 78. Schweighäuser, Lex. Polyb., Lobeck ad Sophocl.

Aiac. p. 228., ubi habes, quae de confusione horum vocabulorum scitu sunt necessaria.

P. 6, 5. τῷ μὴ εἶργεσθαι. Quidam pro τῷ legi volunt τὸ; male; τῷ enim idem valet quod διὰ τοῦ, vel διὰ τὸ. Vide Matth. l. c. §. 291. et Wolf ad Demosth. orat. contr. Aristocrat. p. 75, tom. IV.

P. 6, 6. ἔπερ. Grab. et Perion. legi volunt pro ταῦτα τοῦτο, ut respondeat singulari ἔπερ. Melius legitur cum Davisio ἄπερ.

P. 6, 7. λόγος θεῖος significat, ut saepissime apud PP.: Euseb. et Cl. Alex. v. c. (vide Hein. ad Euseb. h. e. t. II. p. 4. et p. 138. ed. 1.) divinam doctrinam, religionem christianam, estque hoc loco τοῖς νόμοις ἀνθρωπέοις oppositum. — ὦν. Perion. et Thalem. ἄν, quod sine controversia melius videtur. Ottoni, qui locum ita exponit, ut λόγος θεῖος non doctrina divina, sed logos ille divinus ipse sit, vel propterea assentiri non possumus, quia tum impotentiam quandam in logum divinum, sive in deum cadere docuisse Iustinus videri possit, quod profecto sanctum patrem minime sensisse dicendum est.

P. 6, 18. Illud πάντως non est quod te offendat; vide p. 38, 27. et cf. Fischer ad Plat. Euthyphr. p. 23.

P. 6, 19. Ἄρωγοι. Adeo non regnum affectamus, aut novis rebus studemus (quod temere suspicamini) ut etiam auxilio vobis magno simus in administrando orbis vestri imperio. Thirlb. — σύμμαχοι. De huius vocabuli notione et usu vide Leloup. ad Isocrat. de pace orat. p. 63. Significat autem vox σύμμαχος proprie *belli socium*, et primum usurpari solebat de iis, quos suum in bellum et arma consociabat commodum.

P. 6, 21. Inopportunos primo aspectu hoc loco videtur ille ἐνάρετος hospes, nec tamen propter ea, quae sequuntur, eiiciendus, aut Hagenii ἀναρρέτης reponendus. Vocabulum serio-
ris esse aetatis docet ad Phrynich. p. 328. Lobeck.

P. 6, 28. Otto τύχοι propter εἴη.

P. 6, 28. Hic est ille locus, ubi prava decepti interpunctione nodum in scirpo quaesierunt interpretes. Tu, quod positum cernis post ἀδικούντες, tolle colon et scribe interrogandi signum, ut sanam habeas Iustini sententiam hancce: nonne ob leges ac poenas a vobis constitutas latere student ii, qui iniuste

agunt? Homines autem vos esse et facile falli posse cum probe sciant, iniuste agunt. Qui, si didicissent et persuasum haberent, fieri non posse, ut deum lateat quidquam non solum factorum, sed etiam cogitatorum, saltem ob proposita supplicia, omni ratione boni essent. — Recipienda autem cum Sylburgio est particula adversativa atque scribendum εἰ δ' ἔμαθον κ. τ. λ.

P. 6, 33. κολάσετε. Editio Roberti Stephani ex codd. habet κολάζετε. Sylburgius commendat κολάσετε. Otto: κολάζητε.

P. 7, 3. Pro πράξει H. Steph. sine causa legi vult πράξιεν. Vide Krüger ad Xenoph. Anab. I. 2, 2.

P. 7, 6. Hunc locum cum male perspexissent omnes interpretes latini, aut mutili, aut spurii aliquid inesse, aut denique quid dissidere in eo opinati sunt. Καλλιερειν autem hoc loco non significat litare, sed a litando, id est a fauste faciendo sacro, metaphorice usurpatur pro perficere, ad liquidum perducere, effectum sortiri, et sensus fere hic est: nihil profecturos vos esse contra christianos ὁ λόγος praedixit. conf. Heinich. ad Euseb. h. e. VII, not. 9. Pausan. IX, 13. 2. et Passow in voce. — Lucellum nobis praetulit Denis in translatione sua Germanica, quae eo ipso die, quo haec scribo, opportune allata est.

P. 7, 7. βασιλικώτατον. De superlativo comparativi locum obtinente vid. Henr. Steph. de dialect. Att. p. 40., Abresch. Addend. in animadv. in Aristaenet. p. 145., Boissonade ad Greg. Corinth. p. 114., Herm. ad Viger. p. 718., ubi locus noster citatur.

P. 7, 11. φημί. Refertur hoc verbum ad ea, quae paulo ante dixit Iustinus, nempe imperatores non litaturos, si christianos mactent, idque a verbo demonstrari et doceri. Quare non incommode illud inquam usurpat, ubi explicare instituit, quomodo Verbum docuerit, inanes fore persecutorum conatus. Duplici enim rationis momento veritatem Christi praedictionis demonstrat. Ac primum quidem repetit ex ipsius Christi maiestate, qui, cum summum exerceat cum patre imperium, Christianos suos ita roborabit, ut quaecumque fugere praeeperit, ab iis refugiant, uti alii homines a paupertate et morbis et ignominia refugere solent. Sed quia de Christi divinitate non fatebuntur ethnici, aliud argumentum profert Iustinus ex ipso praedicationis eventu, quo Christianos ita firmari et roborari docet, ut ipsa persecutio addat animos, nedum persecu-

tores optatos sibi successus polliceri possint. Grabius, cum sententiae seriem minus videret, lacunam et hiatum suspicatus est. Quid in hac Marani animadversione verum, quid non, ex iis, quae supra ad vocem *καλλιερήσατε* diximus, apparet.

P. 7, 18—21. Indicavit Grabius, quem alii editores secuti sunt, hunc Iustini locum ab Irenaeo adversus haeres. III. c. 3. §. 3. imitatione expressum esse. — ῥᾶρον. V. Passow in voce, et quem ibi laudatum legis, Nitzsch, de comparat. comm. in edit. Platon. Ion. p. 60.

P. 7, 22. ἄθεοι. De impietatis crimine Christianis exprobrato conf. Christ. Kortholt: De atheismo veteribus Christianis ob templorum imprimis aversationem obiecto, inque eos a nostris retorto. Kiloniae 1689; eiusd. Paganus obtrectator p. 405 et Rechenberg: De atheismo christianis olim a gentilibus obiecto, in eius exercitationibus in N. T. hist. eccl. et lit. p. 287. 55. Nuper omnes locos paulo insigniores diligenter con-gessit Ferd. Lange in: Ilgen, Historisch-theolog. Abhandlungen, zweite Denkschrift. Leipzig 1819.

P. 7, 23. ἀνευθεῖ ἀιμάτων. Similes sententiae apud scrip-tores non solum sacros, sed etiam apud profanos passim reperiuntur. Ἀπροσδεῆς, ἀδελφοί, δεσπότης ὑπάρχει τῶν ἀπάντων, οὐδὲ οὐθενὸς χηρῆζει, εἰ μὴ τοῦ ἐξομολογεῖσθαι αὐτῷ. Clem. Rom. epist. ad Corinth. c. 52. Ἀνευθεῖς δὲ μόνος ὁ Θεός. Clem. Alex. strom. 6. p. 635; eiusd.: Quis dives salvab. §. 27. Athenag. legat. pro Christ. §. 13. Θεοὶ αὐταρκεῖς εἰσι καὶ οὐδὲν ἐνδεεῖς. Procul. in Platon. theol. c. 19:

Δεῖται γὰρ ὁ θεὸς, εἴπερ ἔστ' ἕντως θεός,
Οὐδένοσ.

Euripid. Herc. fur. v. 1348. — αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ θεῖον ἀνευθεῖς. Philo in libro de ling. confus. Lucret. I. v. 56 et si plura cupis, ad Ruhnken. in Xenoph. memorab. I, 3. p. 225 et Wetsten. ad act. apost. XVII. 25.

P. 7, 23. σπονδῶν: libatio, die h. Spende, die Opferspende. θυμιαμάτων. Ita proprie vocabuntur ea quae adolebantur in sacris: suffimenta.

P. 7, 24, 25. λόγῳ εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας ἐφ' οἷς προσφερόμεθα πᾶσιν, ὡση δύναμις, αἰνοῦντες — Verba ἐφ' οἷς προσφερόμεθα πᾶσιν vertit Grabius: „in oblationibus, quas offerimus, omnibus“, et Maranus: „in his omnibus, quae offerimus.“ Thirlbius vero:

„pro omnibus quibus alimur.“ Et hic nostro iudicio solus sensum scriptoris assecutus est; nam statim subiungitur: μόνην ἀξίαν αὐτοῦ τιμὴν ταύτην παραλαβόντες τὸ τὰ ὑπ' ἐκείνου εἰς διατροφήν γένομενα οὐ πυρὶ δαπανᾶν, ἀλλ' ἑαυτοῖς καὶ τοῖς θεομένοις προσφέρειν, ἐκείνω δὲ εὐχαρίστους ὄντας διὰ λόγου πομπᾶς καὶ ὕμνους πέμπειν. — Praeterea offerre non προσφέρεισθαι sed προσφέρειν apud scriptores ecclesiasticos significat. Ritter.

P. 7, 24. προσφερόμεθα πᾶσιν. Cf. p. 45, 22. p. 7, 27.

P. 7, 28. πομπάς. Preces solemnes atque communes; inde pompa de splendore verborum in dicendo. Cic. de oratore II, c. 72.

P. 8, 9. συνεῖναι. Et hic et infra p. 40, 24. legendum esse συνεῖναι, ante Maran. iam coniecerat Davis.

P. 8, 15. Otto: νῦν ἀγαθῶ.

P. 8, 16. χρήματα καὶ κτήματα. Inter haec, quae saepe coniunguntur et a viris etiam doctis confunduntur verba, hoc intercedit discrimen: κτήματα res sunt, quae moveri non possunt, χρήματα vero mobiles; quare bene nostro loco κτήματα alteri voci χρήματα postpositum cernis: κτήματα γὰρ ἐστὶ κτητὰ ὄντα, καὶ χρήματα χρήσιμα ὄντα καὶ εἰς χρῆσιν ἀνθρώπων παρεσκευασμένα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Clem. Alex. Quis dives salvab. §. 14; χρήματα ἀντὶ κτημάτων λάβης, idem §. 19; cf. Segaar. l. c. p. 227, 201 et 223, ubi laudatur Valckenaer. ad Herodot. lib. V. c. 23.

P. 8, 18. ἀλληλοφόνου. Vana est coniectura ἀλληλοφθόνου. Vid. p. 25, 6.

P. 8, 19. καὶ ἐστίας. Ita codices manuscripti; voculam καὶ post Grabium Maranus et Thalemannus, causa non allata, omiserunt. H. Stephan. (ad Diognetum p. 58 seq. et 72) scribi vult τραπέζας καὶ ἐστίας, praesertim quum mox sequatur ὁμοδίατοι γινόμενοι. Sed monente Sylburgio nostra scriptura bene se habet, si καὶ capiatur ἐπιτατικῶς = etiam. Otto.

P. 8, 30. ὃς ἂν ἐμβλέψῃ. Tam hic, quam in sequentibus non ipsa Christi verba, prout in sacro evangeliorum codice exstant, exacte per omnia recitare, sed sententiam aliquando eorum imperatoribus ethnicis tradere, s. martyri commodum visum fuit. Grabe.

P. 9, 7. ὥσπερ. Davis. et Hagen. volunt ὥστε, quam ob rem, quod ea quae sequuntur, ex loco proxime antecedente colligantur. Cf. p. 29, 1 et 9. 39, 26.

P. 9, 8. Nomine *διγαμίας* non vituperari ab Iustino τὸς δευτέρους γάμους (theologi bigamiam vocant successivam), sed improbari potius coniugia ea, quae ineuntur non soluto prioris coniugii vinculo, opinatur Maran., quam sententiam transscribendo probavit Patavinus editor, idque inde colligi posse, quod in iis, qui ab Iustino e sacris litteris afferuntur, locis nullus sit sermo de secundis nuptiis. Quae quidem argumentatio aliquam habere probabilitatis speciem videatur, si nescias, uti Iustinum, ita plerosque ecclesiae patres iisdem Christi verbis nisos secundum improbare matrimonium solitos esse. Ceteros ut taceam, unum nomino Athenagoram, qui simili fere orationis contextu, eademque usus ratiocinatione secundas nuptias εὐπρεπῆ ματρίαν vocat, legat. pro Christ. §. 29. Locorum nubem in hanc rem e ss. patrum scriptis collegerunt Cotelerius in notis ad Hermae pastorem p. 64 et Elmenhorstius ad Minucii Felicis Octav. p. 307. edit. Ouzelli, unde efficitur, non solum severioris vitae ac disciplinae sectatores, ut Cataphrygas, Montanistas, Novatianos, verum etiam plurimos primorum saeculorum patres, atque adeo concilia τὸς δευτέρους γάμους improbatos habuisse. Vide Augustii. Denkwürdigkeiten t. 9. p. 251. Idem sensisse s. Iustinum, quisque, qui suis oculis credere didicit, facile hic intellet, si animadverterit eum contendere, etiam rem humana lege licitam, uti secundum matrimonium, a Christo damnari, idque eo dicere, quo sanctiorem Christianorum disciplinam esse ostendat. Iam vero legibus Romanis, eas nimirum innuit Iustinus, aut non facto divortio, aut non misso repudio novas inire nuptias licuisse, nemo sibi persuaserit. Cf. Mackeldey, Lehrbuch des heutigen Römischen Rechts §. 533, von Droste-Hülshoff, Grundsätze des gemeinen Kirchenrechts tom. II. p. 34.

Sed ecce magister noster Ritterus qui nos vocat ad partes, quemque etiam dissentientem libenter audimus, quum nihil aliud nobis propositum sit, quam ut huic studiorum generi vel aliorum industria auxilii aliquid attulisse videamur. Non negamus, inquit Ritterus, s. Iustinum improbasse secunda matrimonia successiva, quae mortua altera parte ineuntur, quemadmodum plerique veteres ecclesiae patres fecere; verum ex eo non sequitur, scriptorem hoc loco illa prae oculis habuisse et nomine *peccati* notasse, nam improbare aliquid et pro peccato

habere, plurimum inter se differunt. Neque admitti potest, ut placita Tatiani, discipuli nostri apologetae, qui omnino secundum matrimonium vocat honestum adulterium, sine argumentis magistro eius adscribantur. Notum est, patres voce *διγαμία* triplici significatione uti, et primum quidem cum quis binas habeat uxores, deinde, cum quis, matrimonio prioris coniugis morte soluto, ad secundas nuptias transierit, denique tertio loco si quis uxore secundum leges dimissa aliam duxerit. Tantum de tertio matrimonii genere hoc loco Iustinum agere ex eo patet, quod in praecedenti oratione ex verbis Christi ad moechiam spectantia duo notaverat, atque edixerat: primum si quis adspexisset mulierem ad concupiscendam eam, iam eum moechatum esse in corde suo, et si quis dimissam ab alio uxorem duxisset, eum item adulterium commisisse. Duo haec genera repetit hoc addens, secundum doctrinam Christianam alterum quoque hoc adulterium esse, quamvis leges humanae soluto inter vivos matrimonio ad aliud procedere permittant.

P. 9, 9. οὐ γὰρ μόνον ὁ μοιχεύων. Etiam haec verba sua fecit Irenaeus, contr. haeres. II. 32, 1. Sunt autem eiusmodi: Apud quem (dominum) non solum qui moechatur expellitur, sed et qui moechari vult.

P. 10, 6. Pro ἀμαρτωλούς Davisius levi, ut ipsi videtur, mutatione scribendum putat ἀνθρώπους, ut sit cui opponatur πονηρούς. Fortasse verbum aliquod excidit, v. g. ὁσίους. Eadem paulo immutata et ad eosdem, quos in textu laudavi sacrae scripturae locos, expressa leguntur in dialogo cum Tryphone Iudaeo §. 96. Sunt autem haec: καὶ γὰρ τὸν παντοκράτορα Θεὸν χρῆστὸν καὶ οἰκτίρμονα ὀρωμεν, τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλοντα ἐπὶ ἀχαρίστους καὶ δικαίους, καὶ βρέχοντα ἐπὶ ὁσίους καὶ πονηρούς.

P. 10, 23. ὁ γὰρ καὶ ἐπὶ πολλῶν. Maran. ὁ γε καὶ ἐπὶ πολλῶν. Mavult Thalem. γ' ἄν. Legendum ὁ γε καὶ.

P. 10, 24. ἡμῖν codd.; leg. ὑμῖν.

P. 11, 25. φόρους δὲ καὶ εἰσφοράς. Φόρος (Tribut der Verbündeten oder Unterthanen) idem est quod Latinis tributum, quod et a singulis pro ratione census exigitur, et in quemcumque rei publicae usum tribuitur; εἰσφορά stipendium proprie est atque pecuniam significat ad necessitates belli conferendam

(ausserordentliche Vermögenssteuer). Boeckh, Staatshaushalt der Athener, tom I. p. 322. sqq. 480. Conf. F. A. Wolfii prolegomena in orationem Leptineam, in apparatu ad Demosth. edit. Schäfer. tom. III. p. 30. Leloup, ad Isocrat. orat. de pace p. 121.

P. 12, 5. Caesares deos non putamus, in ceteris rebus, πρὸς τὰ ἄλλα, lubentes iis obtemperamus.

P. 12, 14. ὅπερ εἰ εἰς. Similis locus est apud Platonem in Phaedon. p. 107 ed. Steph. Est autem hic: Εἰ μὲν γὰρ ἦν ὁ θάνατος τοῦ παντὸς ἀπαλλαγὴ, ἔρμαιον ἂν ἦν τοῖς κακοῖς ἀποθανοῦσι, τοῦ τε σώματος ἅμα ἀπηλλάχθαι καὶ τῆς αὐτῶν κακίας μετὰ τῆς ψυχῆς. Apologia Socratis p. 40. C: καὶ εἴ γε δὴ μηδεμίᾳ αἴσθησίς ἐστιν, ἀλλ' οἷον ὕπνος ἐπειδάν τις καθεύδων μηδ' ὕναρ μηδὲν ὄρα, θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη ὁ θάνατος.

P. 12, 17. νεκρομαντεῖαι. Eadem magicarum artium genera enumerat Tertullianus in libro suo apologetico c. XXIII. et quidem his verbis: „Porro si et magi phantasmata edunt, et iam defunctorum infamant animas; si pueros in eloquium oraculi elidunt, si multa miracula circulatoriis praestigiis ludunt, si et somnia immittunt, habentes semel invitatorum angelorum et daemonum assistentem sibi potestatem, per quos et caprae et mensae divinare consueverunt“ etc. Cf. Ammianus Marcellin. XXIX, 1 et de omnibus his divinationum generibus Fabricius bibliogr. Ant. p. 410.

P. 12, 18. Codex regius αἱ διαφθόρων, sed in margine: οἶμαι, αἱ ἀδιαφθόρων παίδων. Ceterum locus tentandus non est, sed intellegendus. Facit autem ad illum illustrandum, quod Grabius iam vidit, apprime Socratis lib. III. hist. eccl. c. 13. narratio, ubi inter nefanda gentilium sacra refertur, quod pueros impuberes, παῖδας ἀφθόρους, utriusque sexus immolarint extaque eorum inspexerint: σπλαγχνοσκοπούμενοι. Eusebius h. e. VII, 10 similia de Valeriano memoriae prodidit. Iussus enim fuerat Valerianus a sacrificulis immolare liberos infeliciū parentum, et recens natorum rimari viscera: καὶ τέχνα δυστήνων πατέρων καταδύειν καὶ σπλάγχνα νεογενῆ διαρσεῖν. Maxentium quoque mulieres gravidas disseccasse et infantum recens in lucem editorum exta inspexisse ab eodem Eusebio h. e. VIII, 14 relatum est: νεογενῶν σπλάγχνα βρεφῶν διερευνωμένου. Ceterum

per se lucet Iustinum argumenta sua pro immortalitate animorum ex gentilium placitis, non ex suis persuasionibus perficere.

P. 13, 1. Post *κατανοοῦντι* particula *τί* ob similitudinem cum ultima praecedentis vocis syllaba facile potuit interire, quam restituendam esse bene monuerunt Langius, Grabius et Maranus quamque Otto restituit. Interpungendum autem erit sic: *καὶ κατανοοῦντι, τί ἀπιστότερον ἂν κ. τ. λ.* De usu voc. *μᾶλλον* cum comparativo conf. Matth. Gr. Gr. §. 458, Herm. ad. Viger. p. 720. Praeterea vero conf. Winer, Grammatiche Excuse p. 75 et quos ille ibidem laudat.

P. 13, 12. *διαλυθέντα*. Levissima mutatione ex *ΔΙΑΧΥΘΕΝΤΑ* fieri potuit *ΔΙΑΛΥΘΕΝΤΑ*, quae emendatio et auctore Davisio et critico calculo digna est. Secus olim videbatur Ottoni docenti Thirlbium bene coniecisse a Iustino scriptum esse: *διαλυθ κ. δ. σπ. εἰς γῆν ἀναλυθέντα*, quum apud Irenaeum legamus: *τὰ ἡμέτερα σώματα τεθέντα εἰς τὴν γῆν καὶ διαλυθέντα ἐν αὐτῇ* lib. V. c. 2. §. 3. — *τὴν εἰς τὴν γῆν ἡμῶν ἀνάλυσιν*. ibid. sub. fin. — *ἔπειτα ἀναλυθέν εἰς τὴν γῆν* ibid. lib. V. c. 3. §. 3; sed nunc *διαχ.* recepit.

P. 13, 27. *καὶ Σίβυλλα δὲ καὶ Ὑστάσπης*. *Ὑστάσπης* scribendum esse omnes fere monuerunt editores, conf. p. 29, 17; et sic scribitur illud nomen apud Clem. Alex. passim, apud Lactantium, alios. Qui plura de Hystaspe scire cupit, legat Ammian. Marcell. XXIII, 6. Agath. histor. II, 24. p. 117. edit. Niebuhr. Exstant Sibyllina oracula in Gallandi biblioth. pp. tom. I, p. 335, atque nostra aetate docte copioseque de illis disputarunt Birger Thorlacius: libri Sibyll. etc. in Muenteri miscellan. Havniens. tom. I. fascic. I., Bleck, Ueber die Entstehung und Zusammensetzung der Sibyllin. Orakel, in theolog. Zeitschrift, herausgegeben von Schleiermacher, de Wette und Luecke. Berlin 1819. I. Heft.

P. 14, 1. *θείως*. Legendum *θειοτέρως* iam multi monuerunt, inquit Maranus, quod tamen male fecerunt.

P. 14, 7. *χειρῶν ἀνθρώποις*. H. Steph. *χειρῶν ἔργοις ἀνθρώπων*; ita et Grabius. Davis. *χειρῶν ἀνθρώπων ἔργοις*, Wolfius *ἔργα χειρῶν ἀνθρώπου*, Maranus vero *χειρόνι ἀνθρώπους*. Quibus omnibus superior mihi esse videtur emendatio Sylburgii *χειρῶν ἀνθρωπίνων ἔργοις* quam et Otto recepit. Nec obstat *προσκυνεῖν*, quod quamquam accusativo iungi solet apud scriptores pro-

saicos serioris aetatis, saepe tamen etiam dativo additum invenitur. Conf. p. 12, 4. et Lobeck. ad Phrynich. p. 463.

P. 14, 17. διασπαρχθέντα. Cf. Lobeck. Aglaopham. p. 557. 572. 615.

P. 14, 19. Pro ὄφ' ἵππου fortasse legendum ἐφ' ἵππου, conf. p. 37, 5.

P. 14, 21. ὁμοίους, legend. cum Thirlb. ὁμοίως.

P. 14, 21. καὶ τί γάρ. Thirlbius, quem secutus est Hagen, αὐτοκράτορας, οὕς ἀεὶ legendum expungendumque censet comma illud post verbum ἀξιοῦντες positum. Maranus καὶ τοι γάρ; „Quid enim necesse est antiqua recensere, quum quotidie (ἀεὶ quotiescumque imperatorum aliquis moritur) eiusmodi consecrationes apud vos celebrentur.“ Ad locum illustrandum facit Casaubon. ad Sueton. Aug. c. 100.

P. 14, 22. καὶ ὀμνόντα. Suetonius l. c. „Nec defuit vir praetorius, qui se effigiem cremati euntem in caelum vidisse iurasset,“ ex quo patet a Sylburgio et Grabio sine causa Iustinum vituperari quod ea, quae de Romulo et Iulio Caesare narrantur, iusto latius ad reliquos imperatores extenderit. Cf. Tatian. orat. adv. Graec. 10; Tertull. ad nationes 1, 10.

P. 14, 25. εἰς διαφορὰν καὶ προτροπήν. Billius, Langius, Grabius et monachus Benedictinus (Maranus) recte legunt διαφορὰν et Cotelerius in not. ad monum. eccl. gr. pro altera voce reponit παρατροπήν, perversionem, depravationem. Thalem. Sed scite observavit Deckersius (in nupera apolog. translatione, quae Smetsii inserta est kathol. Monatschrift. III. Jahrgang. VII. Bd. II. Hft.), haec per ironiam esse dicta atque nihil mutandum. Cf. §. 54. p. 36.

P. 15, 4 κοινῶς — ἄνθρωπος. Coniecerat, inquit vir doctus, cuius nomen pagina in Gallandi bibliotheca non exhibet, Thirlbius legendum esse κοινός. Coniecturam confirmat Davisius ex ipso Iustino, qui pari phrasi usus est in dialogo cum Tryph. Ind. §. 99: ὡς κοινὸν ἄνθρωπον ἐν Ἄιδου μένειν, item ex aliis patribus passim. Clem. Alex. stromat. III. p. 192: ἔπειτα δὲ (ὁ Κύριος) οὐκ ἄνθρωπος ἦν κοινός. Vide Euseb. hist. eccl. I. I. c. 2. III. c. 27. VII. c. 27. et Cyrillum in Iulian. I. VIII. p. 286. Sed hoc loco κοινῶς unice verum esse, ostendit quod statim sequitur ἰδίως, id quod voci κοινῶς ita respondet, ut hoc sensu latiore, illud strictiore et proprio significet.

P. 15, 17. *πονηρούς*. Sylburgius et Grabius cum H. Steph. pro *πονηρούς* legi malunt *πηρούς*, idque firmant loco e dialogo cum Tryph. §. 59 desumpto: *τούς ἐκ γενετῆς καὶ κατὰ τὴν σάρκα πηρούς καὶ χολοὺς ἰάσατο*. Vulgaris tamen lectio retineri potest, ideoque debet. Conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 389.

P. 15, 18. Corrige *ταῦτα*.

P. 15, 27. *πρὶν ἢ ἐν ἀνθρώποις*. Lacunam esse ante haec verba, plures viri docti suspicati sunt. Fabric. l. c. nihil deesse contendit, sed ex superioribus *καὶ ὅτι* tantummodo subintellegendum. Maran., qui hoc ferri posse monet, aut unam copulam *καὶ* inserendam putat, aut post *πρὶν* particulam *δὲ* supplendam.

P. 15, 28. *φθάσαντές τις*. Varie hunc locum tentarunt interpretes, a nemine tamen in sanitatem restitutus est. Reliquis Marani emendatio anteferenda, qui recte videns in particula *διὰ* sedem esse morbi, illam expungendam et legendum existimat *φθάσαντές τις*, λέγω δὲ τοὺς προειρημένους καχοὺς δαίμονας; atque Maranum hac ratione difficultatem expedisse Schnitzero visum est.

P. 16, 7. Locus varie tentatus. Meursius, Clericus. Fabric. et Otto legunt *ἐν ταφαῖς*. Salmas. et cum eo Grabius *ῥαφαῖς*, vertitque „sutiles coronas“, quasi positum esset pro *ῥαπτούς*, quod contortius est et hoc loco frigidum. Mon. Bened., omnibus emendationibus reiectis, ex Basilio et Greg. Naz. probat, *γραφαῖς* non picturas solum, sed etiam statuas atque imagines fictas significare. Sed sic *ἐν* delendum foret. *Ταφαῖς* verum est. Eadem effert paulo ornatius Minucius Felix in Octavio: „nec mortuos coronamus“ et „coronas etiam sepulchris denegatis“. *Θυσία* autem non solum denotat sacrificium ex animantibus, sed et suffitum quoque et libamina. De qua re vide Minucii Octavium ed. Ouzeli p. 108 et 347. Quod statim sequitur *ὅτι γὰρ οὐ* codd. stare non posse, non unus vidit Maranus; eiiciendum est, quidquid obloquitur Grabius, et scribendum *ὅτι γὰρ οὐδ*. Conf. Athenag. leg. pro Christ. §. 12. et Dechair., Tatian. orat. ad Graec. §. 16. ed. Worth.

P. 16, 9. leg. cum Sylburgio *πάλα* pro *παλαιά*. Cf. 8, 13. 25, 6.

P. 16, 12. *εἰστρηθείας*. Notat Maranus in utroque cod. ms. ad marginem et apud H. Steph. ad calcem legi: *Κόρην καὶ*

Ἀφροδίτην τὰς διὰ τὸν Ἄδωνιν ἐρηθείσας. Corruptum autem cum suspicarentur hunc locum Sylburg. et Grabijs, in peius eum mutarunt scribendo τὴν μὲν διὰ τὸν Ἄδωνιν, τὴν δὲ διὰ τὸν Ἄιδωνέα οἰστροθεΐσαν. Intactum, puto, Sylburgius et Grabijs nostrum reliquissent locum, si fabulae meminissent narratae ab Apollodoro lib. III. c. 14. sect. 4. §. sqq. Conf. Tatian. contr. Graec. orat. §. 13.

P. 16, 14. Cur Sylb., Grab. et Thalemannus διὰ Ἰησοῦν Χριστὸν corrigere voluerint, nisi cum interprete latino male locum intellexerunt, certe nescio. Eandem loquendi rationem aliis locis haberi, p. 32, 8 et p. 40, 27 a Marano iam est adnotatum.

P. 16, 21. μετὰ τὴν ἀνέλευσιν τοῦ Χριστοῦ. Euseb. h. e. lib. II. c. 13. ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου.

P. 16, 22. Editi et codd. habent προσβάλλοντο. Maranus ex Euseb. l. c. recepit προσβάλλοντο.

P. 16, 23. κατηξιώθησαν. Euseb. Post hoc verbum scribe colon delete puncto.

P. 16, 24. Γίττων. Uterque cod. mstus., Stephanus et Thirlb. Τρίτων. Alii Γίττων, Γίτθων, Γηθτων, Γητων; quae falsa sunt omnia. Euseb. Γίτθων. Hippolytus, refutat. omnium haeres. 234, 22. habet Σιμων ὁ Γίττηνός. Vide Const. apostol. 6, 7. p. 337. ed. Cotelerii tom. I. not. 8. ✓

P. 16, 25. δυνάμεις ποιήσας μαγικάς. — δυνάμεις μαγικάς ποιήσας Euseb. l. c.

P. 16, 26. ἐν τῇ πόλει ὑμῶν. — ἐπὶ τῇ πόλει ὑμῶν τῇ Euseb. l. c. edit. Vales.; in urbe vestra Ruf.

P. 16, 27. παρ' ὑμῶν — παρ' ὑμῖν Euseb. ibid. — ὅς ἀνδριάς ἀνεγέρταται. Haec verba, quae desunt apud Euseb., Stroth. ex nostro reposuit.

P. 16, 29. Σιμωνι δεῶ σαχτω. Multi saeculis hisce posterioribus fuere viri docti, qui Iustinum sanctissimum et eruditissimum virum ob latinae linguae ignorantiam lapsum esse contenderent, quippe qui statuam, quae erat Semoni Sanco, Sabinorum cuidam numini, dicata, Simoni Mago sacratam fuisse memoriae prodiderit. Ea autem inscriptio anno 1574 in Tiberina insula reperta, (asservatur autem in maximo illo rerum antiquarum thesauro Vaticano) in haec concepta est verba:

SEMONI | SANCO | DEO. FIDIO. | SACRUM |
 SEX. POMPEIUS. S. P. F. | COL. MUSSIANUS |
 QUINQUENNALIS | DECUM | BIDENTALIS |
 DONUM. DEDIT.

Erudite, ut solet acutissimus homo Thirlbius, Iustini partes contra levitatis insimulatores sustinuit. Vide eius doctam ad nostrum locum disputationem, et Hist. Pol. Blätter 1861.

P. 16, 31. προσκονοῦσι. Male in editionibus Iustini legabatur ἐκείνον καὶ προσκονοῦσι. Melius Euseb., quem secuti sumus. Mar. ἐκείνον καὶ habent etiam codices. Ibidem l. 32 loco συμπερινοστήσασαν mss. et H. Steph. legunt περινοστήσασαν.

P. 16, 32. τὴν ἀπ' αὐτοῦ recepit Mar. ex Euseb. l. c. pro vulgari ὅπ' αὐτοῦ. — Ἐπὶ τέγους σταθεῖσα. Quas Romani cellas meretricias, Graeci vocant κλίσια et στέγας; item στέγος vel τέγος. Quare cum legis aequd Graecos, πόρνas ἐπὶ τέγους vel ἐπὶ στέγους ἐστώσας, semper de cellulis meretriciis debes intellegere. Casaubonus ad Sueton. Calig. 57. Helenam in fornice Tyri, Phoeniciae urbe, primum prostitisse, etiam ab Hippolyto memoriae proditum est: ὕστερον ἐπὶ τέγους ἐν Τύρω τῆς Φοινίκης πόλει στῆναι. Refutat. omn. haeres. p. 253. cf. Theodreti haeret. fabul. compend. l. I. de Simone mago. Eriph. haer. XXI. 2, 3 vocat illam ῥεμβάδα ἀπὸ τῆς Τυρίων ὄρμωμένην. Post σταθεῖσαν etiam apud Euseb. et Syncellum additum est ἐν Τύρω τῆς Φοινίκης.

P. 17, 7. πεποίηκε βλασφημίας λέγειν. — πέπεικε βλάσφημα Euseb. l. c.

P. 17, 7. παντὸς Θεόν. — παντὸς πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ λέγειν Euseb. l. c.

P. 17, 8. ἄλλον τινὰ νομίζειν μείζονα. Euseb. h. e. lib. IV, 12. p. 322 edit. Heinich. habet ἄλλον τινὰ νομίζειν μείζω τοῦ δημιουργοῦ θεόν, ὃς καὶ κατὰ κ. τ. λ.

P. 17, 8. τὰ μείζονα. Haec desunt apud Eusebium, unde magnum in Valesii interpretatione erratum. Sic enim reddit: alium vero quendam longe illo praestantiozem hoc universum condidisse affirmarent. Nihil magis pugnat cum argumentis Marcionis, qui mundum a summo illo Christi patre deo conditum negabat. Ipse Valesius in notis agnoscit legendum esse τὰ μείζονα, ut apud Iustinum. Cum Marcion hunc mundum a vero deo creatum negaret, dicebat esse et illi conditionem

suam et suum mundum et suum caelum; Tertull. c. Marc. l. c. 16. Sed cum probarent catholici absurdum dictu esse, eius esse invisibilia, qui nihil visibile praemiserit, magisque congruere, eius esse maiora, cuius et magna, respondebant Marcionitae: sufficit unicum hoc opus deo nostro, quod hominem liberavit summa et praecipua bonitate sua. Mar.

P. 17, 9. πάντες οἱ ἀπὸ τούτων ὁρμώμενοι. — Καὶ πάντες δὲ ἀπὸ τούτων ὁρμώμενοι Euseb. l. c.; ibid. pro ἔφημεν habet ἔφαμεν.

P. 17, 10. ὄν τρόπον καὶ οἱ οὐ κοινωνοῦντες τῶν αὐτῶν δογμάτων. — ὄν τρόπον καὶ οἱ κοινωνῶν ὄντων Euseb. l. c. — Otto: ἐν τοῖς φιλοσόφοις.

P. 17, 11. ἐπικατηγορούμενον. — ἐπικαλούμενον Euseb.

P. 17, 12. εἰ δὲ καὶ τὰ δύσφημα ἐκεῖνα μυθολογούμενα ἔργα πράττουσι κ. τ. λ. Τρία, inquit Athenag. in legat. pro Christ. §. 4, ἐπιφημίζουσιν ἡμῖν ἐγκλήματα, ἀθεότητα, Θυέστεια δεῖπνα, Οἰδιποδείους μίξεις. Orta est duarum posteriorum calumniarum altera, quod noctu conventus suos agitent, ubi fratres sese appellabant et sorores, mutuoque osculo, quod pacis vocabatur, sese invicem excipiebant. Vide Matthiae Zimmermanni dissert. histor. theol. ad illud Tertull. „fiunt, non nascuntur Christiani.“ Lips. 1662. p. 83, Herald. et Elmenhorst. ad Minucii Felic. Octav. p. 86, Mamachii origines et antiquitt. eccles. tom. I. Omnes autem fere locos, qui quidem manu congeri possunt, diligenter congressit Kortholt. l. c. p. 546. quorum omnium maxime insignis est apud Minuc. Felic., quem si huc transcribo, nemini puto me rem facturum esse ingrati. Sunt autem haec Caecilii loquentis: „iam de initiandis tirunculis fabula tam detestanda, quam nota est. Infans farre contectus ut decipiat incautos, apponitur ei, qui sacris imbuatur. Is infans a tirunculo farris superficie quasi ad innoxios ictus provocato, caecis occultisque vulneribus occiditur: huius, pro nefas! sitienter sanguinem lambunt, huius certatim membra dispertiunt, hac foederantur hostia, hac conscientia sceleris ad silentium mutuam pignorantur, haec sacra sacrilegiis omnibus tetriora. — Et de convivio notum est; passim omnes loquuntur, id etiam Cirtensis nostri testatur oratio. Ad epulas solemni die coeunt, cum omnibus liberis, sororibus, matribus, sexus omnis homines et omnis aetatis. Illic post multas epu-

las, ubi convivium caluit et incestae libidinis fervor ebrietate exarsit, canis, qui candelabro nexus est, iactu offulae ultra spatium lineae, qua vinctus est, ad impetum et saltum provocatur; sic everso et extincto conscio lumine, impudentibus tenebris nexus infandae cupiditatis involvunt per incertum sortis, et si non omnes opere, conscientia tamen pariter incesti, quoniam voto universorum appetitur, quidquid accidere potest in actu singulorum." Edit. Ouzel. p. 87, 59.

P. 17, 16. συντεταγμένον non legitur apud Euseb.

P. 17, 18. μηδένα διώκωμεν. Legit Billius approbante Thirlbio μηδένα ἀδικῶμεν; melius Otto: μηδὲν ἀδικῶμεν.

P. 17, 21. Interpretes, qui huius loci structuram difficilem et impeditam putaverunt, frustra elaborarunt. Post τοὺς ἄρσενας commate interpungendum est, ita ut sequentia cum antecedentibus artissime conectantur; tum ad verba παιδας εἰς τὸ αἰσχροῦς χρῆσθαι μόνον ex praecedentibus τρέφειν assumi debet, qui infinitivus cum tota hac sententia pendet a voce ὀρῶμεν. Verte: ac quemadmodum antiqui boum vel caprarum vel ovium greges vel equarum pascentium aluisse feruntur, sic pueris tantummodo in usum nefarium homines uti videmus. Huius structurae rationem cum non videret Grabius, pro παιδας legendum coniicit vel παιδες vel παιδων, quam coniecturam esse inutilem recte monet Maranus, qui similes de his gregibus e Grabii editione exscripsit locos fere hosce. Tatian. §. 26. Clem. Alex. III. paedagog. c. 4. De vectigalibus, quae ad imperatores redibant, videri iubet Sueton. Caligul. et Lamprid. in Alex. Sever. Abrogatum hoc vectigal lege ult. tit. XL. lib. XI. cod. Iust. Ita Thirlbius, qui et de incestis flagitiis inde consequentibus citat Clem. Alex. paedag. lib. 3. Lactant. lib. VI. c. 10. Min. c. 31. Tertull. apol. c. 9. et ad nation. c. 16. De more autem infantes exponendi confer. Ouzel. ad. Minuc. Fel. Octav. p. 288. 289. 306 quem ibi laudatum vides, Lipsium epistola 85. centur. I. ad Belgas, Hugonem Grotium de veritate relig. Christianae 11. 12. not. 9 et Beckerum in Charicle, tom. I. p. 21 et 115.

P. 17, 24. ἐπὶ τούτου τοῦ ἄγους ἔστηκε. Editoribus sententia est aperta, Hagen. tamen haesit in verbo ἄγος, legendumque esse docet ἐπὶ τοῦ τέγους loco appposito p. 16, 32. Praeiverat

Thirlbius non pro arbitrio pronuntians nihilque mutans. Adiu-
vanda est interpretatio per Tatian. orat. adv. Graecos c. 28.
Athenag. legat. c. 34. Clem. Alex. paedag. lib. III. c. 4.
§. 26. Hieronym. in Iesaiam 2, 24, 5.

P. 18, 7. De vi atque significatione vocis σωζεσθαι legi
iuvat quod a Wyttenbach. ad Plut. moral. I, p. 436 dispu-
tatum est. Cf. Wahlii clavis N. T. et quos ille laudat, Buttm.
et Matthiae.

P. 18, 11. Haec a quibusdam male intellecta, ideoque
varie tentata. Scilicet non viderunt, et post Θεω incipere
apodosin et διὰ τέχνης significare: simulate, subdole, astute, so-
phistice. Exempla ex Aeliani var. hist. XII, 33, et ex Hero-
diano VIII. 4, 28 adstruxit Heumann. l. c. De usu vocis
μέλειν cf. Passow s. v.

P. 18, 12. Pro φήσει coniecit Thirlb. scribendum πάση;
Heumann. φύσει. Emendatio haec a temeritate iudicii profecta,
ista inutilis.

P. 18, 17. οὐκ ἐγαμοῦμεν. Faciunt huc optime Minucii
Felic. in Octavio verba: „unius matrimonii vinculo libenter
inhaeremus. Cupiditatem procreandi aut unam scimus, aut
nullam“. Vide adnotationem Elmenhorstii huic loco subiectam
in edit. l. p. 308; item Langii ad Athenagorae Legationem sub
libri finem p. 85 ed. Dechair.

P. 18, 20. Codd. et H. Steph.: Φίληκι. Sylburg., cui
cum Thalemanno et Ottone assentimur, Φήλικι. De permuta-
tione η et ι vid. Pelliciam de Christ. eccles. politia tom. 2.
p. 119. ed. Ritter et Braun; Heinrich ad Iuvenal. sat. p. 174
et infra p. 22, 16. — Κυρηναίου Quirini. Is qui Aegypto praeerat,
vocabatur praefectus augustalis eiusque sedes erat Alexandriae.
Vid. cod. Theodos. tom. III. p. 270 et Rudorff in Niebuhrii
Rhein. Museum fasc. II. p. 74.

P. 18, 26. Ἀνωόου. Male hoc loco disputat Maranus;
quare tu, ut intellegas quid verum sit, vide Dionem Cassium
LXIX, 11, Spartian. vit. Hadr. c. 16, Aurel. Victor. 14. Cf.
Welckerum, das academ. Kunstmuseum zu Bonn p. 41. sqq.
et doctam ad Tatian. notam in orat. ad Graec. §. 16. p. 40.
edit. Worth. et Athenag. leg. §. 26. p. 121. ed. Dech.

P. 18, 26. διὰ φόβου. — διὰ φόβον Euseb. IV, 8.

P. 18, 28. ἀντιτιθεῖς. Vel addendum vel certe subintelligendum λέγει Thalem putat, Otto: εἴπη; Thirlbio coniectura ἀντιτιθείη, Hagenio ἀντιτιθῆ probatur. Cf. p. 21, 17. 27, 22.

P. 18, 31. τοῖς προφητεύουσι. — Cod. Claromont. προφητεύουσαι.

P. 19, 6. Cf. Iustini cohortat. ad Graecos §. 13 et variorum adnot. in Irenaeum apud Massuet in append. p. 136.

P. 19, 9. βασιλεύοντι Ἡρώδῃ. Cum hoc loco a s. Iustino traditum sit, Ptolomaeum Philadelphum, qui celeberrimam illam Alexandriae bibliothecam condidit, ad Herodem, cuius aetas multo fuit inferior, nuntios cum litteris misisse, quibus ut sibi sacri Hebraeorum libri transmitterentur rogaverat, Iustinum ipsum sunt qui huius manifesti erroris accusent; sunt et qui librariis illum tribuant. Hoc praecipue editores fecisse video. Putant vocem Ἡρώδῃς ab indocto librario margini adscriptam inde in textum irrepsisse, aut legendum βασιλεύοντι ἱερῆ. Hoc Grabius, illud malunt Maranus et Thalemannus. Ab utrisque autem dissentit Usserius, qui nihil prorsus emendat, sed s. Iustinum bibliothecam illam Philadelphi cum ea, quae a Cleopatra condita aut restituta est, confudisse censet. Vide quomodo versatus sit in explicatione historiae de LXX. interpretibus Eichhorn. in Repertor. für biblische und morgenländische Litteratur t. I. p. 266 sqq. Lumpfer, historia theol. critica t. I. p. 133.

P. 19, 18. ἐν τῷ νῦν γεγενημένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ Βαρχοχέβας. Euseb. habet γενομένῳ et secundum Hebraicum recte Βαρχωχέβας. — Male Rufinus, quem secutus est Christophorson., vertit: „in hoc, quod nunc geritur, bello Iudaico.“ In eodem quoque errore, ut ex Eusebianis eius animadversionibus colligitur p. 298. versatus est Scaliger, τὸ νῦν dici non posse arbitratus nisi de re admodum recenti, ne dicam praesenti. Itaque ex hac Iustini voce necessario consequi ait, bellum Iudaicum sub extrema Hadriani tempora profligatum fuisse et Iustinum Antonino Pio apologeticum suum obtulisse imperii eius initio. At νῦν dici potest de re, quae nostra aetate facta est idemque valet ac τὸ καθ' ἡμᾶς, quod Eusebius usurpare solet de rebus multo ante gestis, ut cum dicit de Porphyrio philosopho ὁ καθ' ἡμᾶς γενόμενος. Denique ipse Iustinus paulo ante p. 18, 26,

de Antinoo ita loquitur: Ἀντινόου τοῦ νῦν γεγενημένου, id est, de Antinoo qui nostra aetate vixit. Certe Graeci νῦν ponunt pro nuper (Homer. Iliad. 3, 434. Od. 1, 43 et Iust. p. 18, 26, τοῦ νῦν γεγενημένου). Ita demum Sophronius, qui librum Hieronymi de scriptoribus ecclesiasticis Graece vertit, verba illa Hieronymi cap. 2: „evangelium quoque, quod appellatur secundum Hebraeos, et a me nuper in Graecum Latinumque sermonem translatum est,“ Graece reddidit: ὅπερ ἐπ' ἐμοῦ νῦν εἰς τὴν Ἑλληνικὴν καὶ Ῥωμαϊκὴν γλῶτταν μετεβλήθη. Vales.

P. 19, 21. ἐκέλευεν ἀπάγεσθαι. — Ἐκέλευεν ἄγεσθαι Vales. ἐκέλευσεν ἄγεσθαι Stroth.

P. 19, 34. ᾧ ἀπόκειται. Regius codex et H. Steph. habent ἔ ἀπόκειται. Clarom. τὸ ἀπόκειται. Legitur in nostris editionibus LXX. interpretum τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. Magna est hac in re apud scriptt. eccless. varietas, sed non dubium est, quin legerit Iustinus ᾧ ἀπόκειται. tum quia paulo post addit τὸ βρώσιον, quod omnino sanum est, tum quia in dialogo §. 120 contendit ita reddidisse septuaginta interpretes, ac Iudaeos aliam lectionem excogitasse, nempe τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. Lectionem, quam tuetur Iustinus, magis usitatam apud Christianos fuisse, colligimus ex testimonio Iuliani, qui eos accusat apud Cyrill. Alex. lib. VIII. p. 253, quod scripturam depravaverint inducenda hac lectione ᾧ ἀπόκειται. Sic interpretatus est Symmachus, teste Eusebio demonstr. evang. p. 372. Interdum eadem lectio occurrit apud Eusebium, ut libr. VII. demonstr. c. ult. Euseb. ipse lib. VIII. c. 1 sic explicat τὰ ἀποκείμενα Christo, ut aliter legisse non videatur. Legimus apud Archelaum p. 78: „donec veniat, cuius est.“ Quod quidem librariorum erratum videtur esse, pro „cui ius est.“ Longius foret in aliis scriptoribus recensendis immorari. Haec Maranus. Plura v. in „Repertorium für biblische und morgenländische Litteratur“ t. II., ubi docte de nostro loco disputavit Strothius.

P. 20, 6. Hagenius putat θείου esse delendum. Cf. 35, 27.

P. 20, 22. λείπον. Legendum est λοιπόν. Thalem. Nihil immutandum.

P. 20, 26. τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ σπέρμα. Grabius pro σπέρμα vult πνεῦμα, sed nihil esse mutandum primus, ni fallor, observavit Fabric. l. 1. Respicitur enim, inquit vir diligentissimus, I. Ioh. III, 9 et res eodem recidit: nam per semen illo

Ioh. loco spiritum dei intellegendum notat Irenaeus IV, 51. Conf. I. Ioh. III, 6. Porro spiritum dei etiam de λόγῳ dici, diserte docet Iust. p. 69. edit. Oxon. (nostrae p. 21, 31) et multis aliis veterum testimoniis ostendit Grotius ad Marci II, 8, Petav. de s. trinitate p. 79 et Bullus in defensione fidei Nicaenae p. 37 sqq. In eadem sunt cum Fabricio sententia Maran. et Thalemann. Cf. Eichhorn Repertor. II. Th. p. 1 sqq.

P. 21, 17. ὅπως δὲ τινες μὴ. Ita codd. Post ὅπως sive ante ἐγκαλέσωσιν excidisse μὴ viri docti monuerunt; facile propter sequens μὴ excidere potuit.

P. 21, 20. Otto: πειρασόμεθα.

P. 21, 31. προσηγόμεν. Legi in Clarom. codice προσσηγόμεν, notavit Maran. et pro γενησόμενον ibidem γεννηθισόμενον coniecit. codd. γενησόμε. Otto: τοῦτο pro τοῦτον.

P. 22, 2. Μωσῆς. Excidit vel ὡς ante Μωσῆς, vel cum Grabio statuendum, ex ὡς Ἡσ. librarios fecisse Μωσῆς atque adeo legendum esse ὡς Ἡσαίας, quae est elegantissima emendatio et sine dubio etiam verissimillima; nam ex Iesaia solo laudaverat Iustinus hucusque oracula et is est adeo ὁ προδεδηλωμένος προφήτης. De Mose quidem nihil supra dixerat. Thalemann.

P. 22, 16. Κυρηναίου. De Publio Sulpicio Quirinio qui primum consul, tum anno urbis 769 praeses Syriae factus est, cf. Winer, bibl. Realwörterbuch s. v. Quirinio et Calmet dictionarium bibl. s. v. Cyrenio.

P. 22, 20. Parum apte magnam Grabius, cui consentit Thalemannus, post verba ἔστι δὲ ταῦτα statuit lacunam. Non enim agitur de Christi silentio et vita obscuriore, sed docet Iustinus a prophetis etiam illud praedictum, fore ut Christus natus ceteros homines usque ad aetatem virilem lateret, i. e. ut ab iis non cognosceretur. Καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. Ev. Ioh. I, 10. μέσος δὲ ὁμῶν ἔστηκεν, ὃν ὁμοῖς οὐκ οἶδατε. Ioh. I, 26.

P. 23, 9. Leg. cum Thalem. προεπεφίτευτο.

P. 23, 9. τοῦ Σοφονίου. Iustinum memoria esse lapsum cum haec verba tribuat Sophoniae, quae sunt Zachariae, a H. Steph. observatum est. Festinanter enim scripsit, nec in-

spectis sacris litteris locos ex illis laudat, quare saepius in illis aut aliquid dissidet, aut leguntur mutili, aut leviter immutati.

P. 23, 21. παραφέροντα. Nihil mutandum; = διαφέροντα.

P. 28, 17. Otto: οὐδὲ pro οὔτε codicum.

P. 24, 22. γέγονεν. Vel praemittendum ὡς alterutri verbo γέγονεν aut μαθεῖν, ut placet Sylburgio, vel potius cum Grabio legendum, γεγονέναι. Mar.

P. 25, 10. Euripidis ex Hippolyto versus 612 apud Cic. offic. III, 29. vulgo sic legitur: iuravi lingua, mentem iniuratum gero. Cf. Aristotelis rhetor. III. c. 15.

P. 25, 11. ἤδη. Prava procul dubio est lectio, quare aut cum Sylburgio legendum δ'εἴη, aut cum Darisio δ'ἦν, aut cum Otto ἦν δῆ.

P. 25, 26. Pro ἔχον Davis. ἔχεν.

P. 25, 31. συνέλευσιν. Hic quoque apostolorum vestigiis in scriptura interpretanda insistit Iustinus. Vid. Act. apost. IV, 27. Grabius et Thirlbius.

P. 26, 15. καινὰ falsa scriptura pro κενὰ, uti legitur in versione LXX, cuius 8 codd. tamen praebent et ipsi καινά.

P. 26, 32. ἄσατε. Totus hic locus non ex Ps. 95, quod adnotatum est a Gallandio in bibliotheca, sed ex paralipom. XVI, 23 sqq. iisdem fere verbis descriptus. In utroque autem loco ex s. Scr. laudato pro: τῷ πατρὶ τῶν αἰωνίων δόξαν, legitur αἰ πατριὰ τῶν ἐθνῶν, unde Thirlb. contendit, hanc esse pro vulgari recipiendam lectionem.

P. 27, 13. ἀπολογία. Vulgaris huius et probae lectionis patrocinium bene suscepit Maranus.

P. 27, 14. Notabilis est grammaticis forma νοῦ, non inusitata tamen pp. eccless.; vide Winer, Grammatik§. 6. p. 33 et Buttman, Ausführl. Gr. p. 156, quem ille cum aliis multis laudat.

P. 27, 29. ἀποδεκτός. Alterutrum legendum credit H. Steph., aut ἀποδεκτέος, aut μεμπτός; illud verum est, hoc falsum.

P. 28, 5. Otto: ἀγαθῶν καὶ φάσεων . . . ἀποφανοίμεθα.

P. 29. 1. Πλάτων. Haec e Plat. rep. X p. 617 e desumpta citantur a Clem. Alex. Strom. V. p. 613 et Theodoreto lib. II. adv. Graecos. Grab.

P. 29, 9. ὥστε ὃ φαμεν — οὐ διὰ τὸ εἶμαρ. — Lego: ὡς ὅτε φαμὲν οὐ διὰ τοῦτο εἶμαρ. Davis. Male. Οὐ διὰ τὸ: „cum dicimus quippiam futurum monstratum fuisse propterea, διὰ τὸ fatum non inducimus; non fiunt enim res quia deus eas praedixit, sed deus eas praedixit, quia fiunt.“ Communis fere fuit antiquorum de εἶμαρμένη persuasio et Stoici maxime qui uti omnia fato fieri, scelera quoque necessitate patrari dicebant. Cf. Cicero de fato. Quare a Iustino saepius saeva illa de necessitate doctrina concutitur atque labefactatur. Cf. 27, 22.

P. 29, 13. παρ' αὐτῶν. Perion. παρ' αὐτοῦ Davis. παρ' αὐτῶ. Legi vult Maranus παρ' αὐτὸν vel παρ' αὐτῶ et μέλλοντα pro μέλλοντα.

P. 29, 25. ἀγαγεῖν τὸν Χριστὸν; ita codices. Coniecit Thirlb. et Wahl. clav. nov. Text. v. ἀνάγω in addendis p. 444. legendum ἀνάγειν propter dialog. Tryph. §. 32.

P. 29, 29. ἐπικύρωσιν. Bill. in obs., Grabiüs et cum iis Thirlb., Maranus et Hagen. contra codice. auctoritatem legendum putant ἐκπύρωσιν, „conflagrationem,“ quia saepe Iustinus et in hac et in altera apolog. isto verbo utatur p. 38, 21. 40, 17. Sed defendi posse videtur vulgaris lectio; est decreti (confirmatio) consummatio, perfectio, de reditu Christi ac iudicio.

P. 30, 4. καίπερ. Monuit Thirlb., referente Marano et approbante Thalemanno, addendum καὶ ante verba καίπερ θανάτου. Saepe ita peccatum est a librariis, ut propter similitudinem particula sit omissa.

P. 30, 13. ἐπικαλώσιν. H. Steph. ad calcem et codd. ad marg. ἐπικλῶσιν. Non magis necessaria Langii emendatio ἐγκαλώσι, incusent, obiiciant.

P. 30, 17. χριστιανοί. Aliena non est ab hac doctrina Clementis Alexandrini sententia, qui in protreptico §. 2. p. 7 mirari se scribit Diagoram, Theodorum itemque Euhemerum Agrigentinum, Nicanorem et alios a quibusdam pro impiis et atheis habitos esse, cum illi tamen modeste ac frugaliter vixissent. Cf. Muret. var. lect. 10, 17.

P. 30, 22. ἄχρηστοι respicit vim vocis Χριστιανοί cf. 2, 25 3, 1. Vide animadversionem ad eum locum.

P. 31, 6. ἠρήμωτο — γεγενῆσθαι. Sylb. et Thalem. praeferunt lectionem ἠρήμωται et γενέσθαι sive γενήσεσθαι.

P. 31, 18. γενομένων — αὐτῶ. male editt. Pulcherrime vidit Casaubonus in exercit. ult. 544, emendandum esse ἄκτων, idque ante Thalem. a Marano iam adnotatum est. Vide p. 23, 7 et cf. meam: „de Tiberii Christum in deorum numerum referendi consilio“ commentationem. Prostat Bonnae apud Habichtium.

P. 31, 23. Editt. ἐν εἰρήνῃ ἢ ταφῇ αὐτοῦ. ἦρται; sed. cf. c. Tryph. 97 et 118.

P. 31, 30. ἔθνεσι, οἷ. Enallage est, grammaticis constructio κατὰ σύνεσιν dicta, Iustino frequentata. Vid. p. 35, 19. Ex simili genere notandus est locus p. 34. 11 et ex diverso p. 46, 5. seq. Conf. Viger. p. 61, ubi anabaptistae sola hac figura refelluntur.

P. 32, 3. Otto: χριστὸν, παραγεγόμενον ἡγγόησαν cf. c. 53. forte melius: χρ. παραγενησόμενον, παραγεγόμενον ἡγγ.

P. 32, 22. Otto: περὶ αὐτοῦ ὄφονται, quod habent LXX et Iustinus ipse v. g. c. Tryph. c. 118.

P. 33, 19. δῶται sic editt. (praeter Ottonianam) iuxta LXX, sed codd.: δῶτε scl. αὐτόν.

P. 34, 1. διὰ Ἰερεμίου. Non Ieremiae esse hunc locum, sed Danielis, iam multi observarunt. Mar.

P. 34, 4. Otto: ἀπεδείκνυμεν; sed praesens efficacius esse videtur.

P. 34, 9. Καὶ ἀπιστῆται. Ita Clarom. Editi ἀπιστεῖται. Mar.

P. 34, 21. παυθήσεται. LXX. τελευτήσῃ, atque ita noster in dialog. num. 54, παύσεται num. 140. Thirlb.

P. 34, 24. Ζαχαρίου. Haec omnia tamquam Zachariae citantur, sunt autem partim Iesaiæ, partim ipsius Iustini. Thirlb.

P. 35, 3. ἐπαυσάμεθα. Notat Mar., codd. Reg. et Claromont. in margine praeberere παύμεθα; ita et H. Steph. ad calcem. Hagen. nihil mutandum putat. Cf. Rost, Griech. Grammatik, p. 564.

P. 35, 14. ἔθνη. Legitur ἔθνη in cod. Claromontano. Male; cf. p. 7, 4.

P. 36, 9. ἐμπορῆσαι. Bene animadvertit Thalemannus, durius hac in re verbum hoc esse pro ἐμποῦῆσαι, quod est usitatus.

P. 36, 15. λεχθῆναι. Vel τεχθῆναι legendum est, vel non mutato priore vocabulo scribendum γενομένου, ut habeas, quo

referas dat. τῷ Διί. Posteriori tamen rationi magis favet, quod paulo infra dicit Iustinus, τὸν Περσέα λεχθῆναι προεβάλλοντο. — Thalemanno λεχθῆναι priori loco vel insititium esse, vel utroque loco legendum ταχθῆναι videtur.

P. 36, 17. Merito Thirlb. pro ὁμοίως reponit ἕμοια, quem sequitur Thalemannus.

P. 36, 26. τὸν πῶλον αὐτοῦ. Inter haec verba et ea, quae sequuntur, habemus in sacro contextu: καὶ τῇ ἔλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ. Haec interiecta verba Iustinus aut non legit in suo codice, aut certe non meminerat se legisse. Nam paulo post ait, pulli nomen, quod hoc loco memoratur, aequae asini atque equi pullo congruere. Nihil ergo de pullo asinae in hoc testimonio legisse se tunc putabat. Vide dialog. §. 62. Mar.

P. 36, 29. Καὶ οἶνον. Sic editio H. Steph. et codices mss. At editiones Graecolatinae Parisienses habent ὄνον, quam quidem lectionem defendit Grabius atque asinum mysteriis Bacchi consecratum fuisse dicit. Sed retinendum est οἶνον. Nam primum asinum Baccho consecratum fuisse, non potuit ex hoc testimonio colligere Iustinus, in quo nullam, ut modo vidimus, asini mentionem fieri putabat. Deinde etsi Plin. lib. XXIV, 1, ut observat Grabius, asinum Libero patri assignari testatur, multo solemnius fuit eidem Baccho vinum, ut vitis inventori, acceptum referre. Mar. Verum sine dubio cum Bocharto (Geogr. s. p. 433), Grabio et Thirlbio legendum καὶ οἶνον. Ita enim Iustinus existimat, itaque iudicat: cum non satis exploratum haberent mali daemones, qui verus sit sensus verborum propheticorum, quo certius, quod volebant, assequerentur, eos duplici ratione hominum animos fallere studuisse, atque ita et Bacchum, Iovis filium, et Bellerophontem, natum ex hominibus, ascendisse in caelum finxisse, et quod ambigua esset vox pulli, alteri asinum attribuisse, alterum equo vehementem induxisse. Ad quod cum librarii non attenderent, ὄνον mutarunt in οἶνον, quod est vulgare Bacchi attributum. Non minus ridicule in Suidae lexico legitur χάλις, εἶδος ὄνου, cum tamen sit χάλις, εἶδος οἴνου. Ceterum similis nostro simili modo corrigendus est locus in dialogo cum Tryph. §. 69, iamque correctus a Thirlbio.

P. 36, 30. ἀναγράφουσι. Langius ἀνάγουσι, Thirlb. ἀναφέρουσι proponit, quae omnia sine causa fieri Ottonis sententia est.

Supra 17, 31. ὄψις . . . ἀναγράφεται et in dialogo cum Tryphone Indaeo 69: ὄνον παραφέρωσιν. „Id animal (asinus) Libero patri assignatur.“ Plinius h. n. XXIV, 1 — ἀναγράφειν est assignare.

P. 36, 32. εἴ τε, hic sicuti p. 37, 3 scribendum est εἴτε.

P. 37, 4. καὶ οὐός — καὶ εἰ οὐός.

P. 37, 28. Πνεῦμα πρὸ προσώπου. Deest praepositio in vulgata LXX. interpretum editione et apud Irenaeum III, c. 10. n. 4 et apud Tertullianum adv. Praxeam c. 14, ubi legitur „spiritus personae eius Christus dominus.“ Cum Iustino consentiunt constitutiones apostolicae lib. V. c. 20. Grab. Vide Repertor. für bibl. u. morgenländ. Litteratur tom. II. p. 106.

P. 37, 30. —λλωμεν. Huius lacunae reparandae copiam praebet codex Claromontanus, in quo secunda manu ante illud — λλωμεν additur οὐξί, ex quo intellegitur, legendum esse βέξιλλων, Maranus, vel οὐξίλλ. Langius, vel οὐξίλλ. Thirlb, Otto. In codice msc. tantum spatii ad hunc hiatus explendum relictum est, quantum quattuor aut quinque syllabis satis fuisset. Eadem sententia occurrit apud Tertullianum apol. c. 1 et Minucium Felicem 29, 7. Mar. Ceterum varia obtinuit huius vocabuli scriptura: scribitur enim βέξιλλον, βήξιλλον, βίξιλλον. Ἐντεῦθεν οἱ τῆδε βασιλεῖς πάσης πονηρᾶς ἕξεως ἐπὶ σχεδιασμῶ, τὸ σταυροειδὲς παραλαμβάνεσθαι αἰσθόμενοι, τὰ καλούμενα τῇ Ῥωμαϊκῇ διαλέκτῳ βήξιλλα ἐμηχανήσαντο. Methodius de cruce. Vide Dufresne glossarium in v. cruce. Crucem cuius adeo simulacrum non modo a corpore civium Romanorum, sed etiam a cogitatione, oculis, auribus abesse volebant Romani (Cicero pro Rabirio cap. 5), patres ecclesiastici, Iustinus, Minucius Felix, Tertullianus, Hieronymus, Maximus Taurinensis, alii, in plurimis rebus videre naturaliter sibi visi sunt. Ita nunc sunt in honore, quae olim occiderant. Vide Lips. de cruce, lib. I. cap. 9 et virorum doctorum ad Minucii Felicis Octavium notas p. 286 sqq. edit. Ouzel.

P. 38, 2. διὰ γραμμάτων. Sylburgius legendum putat δι' ἐπιγραμμάτων. Mallet Grabius διὰ διαγραμμάτων, sed nihil mutandum fatetur. Vertit Halloixius vit. Iust. p. 242. „per decreta.“ Notissima est e Graecis et Latinis haec loquendi ratio. Populus hortabatur Tiberium Gracchum διὰ γραμμάτων ἐν στοαῖς, ἐν τοίχοις καὶ μνήμασι γραφομένων. „per litteras in porticibus, in muris et monumentis inscriptas.“ Plut. in Graccho p. 818. Hinc etiam

apud Ciceronem: „incisae aut inscriptae litterae, divinae virtutis testes sempiternae.“ Phil. XIV. c. 12 §. 33 et II. c. 63. §. 154 Verr.: „Romae videmus in basi statuarum maximis litteris incisum, a communi Siciliae datas.“ Mar.

P. 38, 28. ὧν εἰ μὴ κόρος. Verissime iudicant viri docti, Thirlbius, Davisius et Maranus, pro μὴ codd. restituendum esse μέν.

P. 39, 7. Otto: τῶν πάντων.

P. 39, 13. Sylb. et Otto: ἀπαίρεσθαι.

P. 40, 5. λεγομένην. Sylburgius facili mutatione correxit scripsitque γενομένην, quod solum verbo ἐπίπνοιαν convenit. Quare nos Thalemanno assentimur, dissentiente Marano. Simili ratione paulo ante p. 44, 7 cum Marano λεγομένους mutavimus in γενομένους.

P. 40, 10. ἀναγνούς Πλάτων. Praeponendum esse ἀ, bene monet Thirlbius, quocum consentit Thalemannus et Otto.

P. 40, 16. τὰ δὲ τρίτα περὶ τὸν τρίτον. Apud Platonem epist. spur.) p. 3, 2 legitur τὸ τρίτον περὶ τὰ τρίτα. Neque tamen mutandum erit quidquam.

P. 41, 6. γεννωμένους. Codd. γενομένους habent, Clarom. in margine γεννηθέντας.

P. 41, 23. αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπιλέγοντες τοῦτον λουσόμενον ἄγοντες ἐπὶ τὸ λουτρόν. Egregie atque eleganter hic locus emendatus est a Thirlbio atque ita scribendus: αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπιλέγοντος τοῦ τὸν λουσόμενον ἄγοντος: hoc tantum appellante eo, qui baptizandum ducit ad lavacrum.

P. 41, 25. καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λουτρόν φωτισμός, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. Vide, exclamat Thirlbius, patientiam aut ut ita dicam verius stuporem eorum qui ante nos in hac palaestra desudarunt! Legendum autem coniiicit τῶν αὐτοῦ μετασχόντων et persuasum sibi habet hanc esse emendationem de qua ne ipsa quidem dubitatio oriri possit! Et tamen Heumannum et Ottonem et Hagenium dubitantes reliquit vir doctissimus acutius ad hunc locum quam verius disputans. Sunt ii, qui haec discunt catechumeni, qui ante baptismum erudiuntur, postquam sunt erudita corda eorum fide quam in baptismi sacramento profitentur, illuminantur, quare illud sacramentum illuminationem cum Iustino nostro vocarunt patres ecclesiae. Cf. Gregor. Naz. orat. 40. §. 5. p. 693.

P. 42, 3. καὶ τοῖς αὐτοῖς, subintellegit Grabius „daemonibus“, quod Ottoni placet; male Maranus, „rebus.“ Desiderari aliquid vidit Sylburgius, legitque καὶ ταῖς ναοῖς. Malim scribere, καὶ τοῖς τοιούτοις, quod et ad sensum aptius et ad coniciendum facilius est.

P. 42, 24. ἀπαγγέλλει. Codd. mss. habent ad marginem et H. Steph. ad calcem παραγγέλλει. Mar. Notatur proprie hoc verbo rhapsodorum recitatio et significat nuntiare quae ab alio acceperis. De significatione vocis ἀποστέλλειν vide Viger. p. 310.

P. 43, 5. ἐν εἰκόνι ἀσωμάτων. Paulo post occurrit εἰκόνος ἀσωμάτου; quare hic quoque ἀσωμάτω legi vult Maranus; etsi non mala tamen non necessaria coniectura.

P. 43, 21. Ὁς καὶ λόγος πρωτότοκος. Fortasse λόγος καὶ πρωτότοκος. Sic supra n. XXIII.: Ἰησοῦς Χριστὸς — λόγος αὐτοῦ ὑπάρχων καὶ πρωτότοκος. Et in dialog. p. 125: μετὰ τοῦ φαινομένου μὲν ἐκ τοῦ τῆ τοῦ πατρὸς βουλῆ ὑπηρετεῖν, Θεοῦ δὲ, ἐκ τοῦ εἶναι τέκνον πρωτότοκον τῶν ὕλων κτισμάτων. Thirlb. in addendis.

P. 44, 10. Otto emend. ἐπιφέρεισθαι.

P. 45, 13. Ἀπομνημονεύμασιν. De significatione vocis ἀπομνημονεύμα vide Vales. ad Euseb. V. 8 et quem ibi laudat Heinichius, Valcken. adnot. ad Xenoph. memorab. p. 238. ed. Ernesti.

P. 45, 14. cod. Clarom. ποιῆται et Reg. I. manu.

P. 45, 26. συνέλευσις. Vide Alexii Mazochii disquisitiones in acta martyrii s. Iustini ph. et sociorum. Disquisit. VII. in Gallandii bibliotheca patrum tom. I. p. 725.

P. 45, 29. πρόκλησιν. Legendum esse παράκλησιν, monet Grabius, alii, sed prius tuentur Fritzsche ep. ad Rom. III, 60 et Otto.

P. 46, 13. χρονικῆς. Putat Halloixius, Iustinum Veneris diem non nominasse propter huius deae turpitudinem et Thirlb. mavult propter eam explicationem Halloixium et Grabium, qui quidem illi assentitur, irridere, quam quare Iustinus ita scripserit ipse edisserere, quod profecto difficillimum erat. Nam potuit Iustinus aliquid bonis nominibus dare, potuit ipsi parum decorum videri Veneris vocabulum cum Christi copulare, potuit etiam elegantius scribere et a communi more verborum discedere velle. Nam Romanis scriptoribus nihil frequentius quam vocabulis „pridie“ et „postridie“ tempus et dies definire.

Ceterum horruerunt antiquissimi Christiani nominare dies a diis gentium, ideoque reliquos dies post dominicam diem feriam secundam, tertiam etc. vocarunt. Cf. Gavauti thes. sacr. rit. tom. II. p. 21.

P. 46; 22. Tres huic apologiae subiectae sunt Romanorum imperatorum epistolae, prima Hadriani, altera Antonini, tertia Marci Aurelii, illa ab ipso Iustino, reliquae ab aliis.

P. 46, 23. Hadriano regnante in Asia minori impia plebs, aliorum accensa stimulis, in Christianos saevire coepit. Sere-nius Granianus, Asiae proconsul, ad imperatorem detulit, iniquum sibi videri, Christianos, nullo obiecto crimine, tumultuosis vulgi clamoribus indicta causa gratificandi studio occidere. Rescriptum imperatoris a Iustino apologiae suae adiectum Eusebius h. e. lib. IV, 8 ex Latina lingua in graecum trans-tulit, atque ἀρχέτυπον haud dubie a Rufino h. e. IV, 9 servat-um est. Cf. Sulpic. Sever. II, 3. Oros. VII, 15. Melit. Sardic. ap. Euseb. h. e. IV, 26 et Alexii Symmachi Mazochii disqui-sitio, in Gallandii bibliothec. vett. patr. tom. I. p. 728. F. Bal-duin. ad edicta vett. princip. Rom. de Christ. p. 72. Exstat rescripti ἀρχέτυπον apud Ottonem et in Gieseleri Lehrb. der Kircheng. tom. I. §. 42. p. 172. — Ἐπιστολῆς. Mendosa est codd. mss. et editt. scriptura ἀποστολῆς. Veram lectionem ἐπιστολῆς nobis conservavit Eusebius. Utriusque, et Iustini et Eusebii exempli, lectionum varietatem hac parva tabula una serie subnotabo.

Antonini epistola ad commune Asiae.

Iustin.	Euseb.
P. 46, 31. Σεργίου	Σερενίου E. et Niceph.
" " 32. οὖν μοι	μοι οὖν E. et Niceph.
" 47. 1. ἄν οὖν	εἰ οὖν
" " 1. ἐπαρχιῶται δύνωνται	ἐπαρχιῶται δύνανται
" " 2. ἀποκρίνεσθαι	ἀποκρίνασθαι
" " 6. διόριζε	ὄριζε
P. 47, 10. Καίσαρ	Καίσαρ Maz. Med. Fuk.
" " 12. ἐγὼ ᾤμην	ἐγὼ μὲν οἶδα
" " 14. εἶπερ δύναιντο	desunt.

Iustin.	Euseb.
P. 47, 15. προσκυνεῖν.	προσκυνεῖν, ἢ ὑμεῖς· οὐς εἰς τα- ραχὴν ἐμβάλλετε, βεβαιοῦντες τὴν γνώμην αὐτῶν, ἣν περ ἔχου- σιν, ὡς ἀθέων κατηγοροῦντες.
" " 16. καὶ ἕτερα	desunt.
" " 17. εἶη δ' ἂν κ. τ. λ.	εἶη δ' ἂν καὶ κείνος (ἐκείνους Maz. Med. Fuk.) αἰρετόν, τὸ δοκεῖν κατηγορομένου (κατηγορουμέ- νους Med. Fuk.) τεθνάναι μάλ- λον ἢ ζῆν, ὑπὲρ τοῦ οἰκείου θεοῦ.
" " 18. καὶ νικῶσιν ὑμᾶς	ἕθεν καὶ νικῶσι.
" " 19. ἥπερ	εἶπερ
" " 19. αὐτούς	αὐτοῖς Niceph.
" " 20. οὐκ εἰκός	οὐκ ἄτοπον
" " 21. παραβάλλοντας τὰ	παραβάλλοντας δὲ τὰ
" " 21. ὑμέτερα	ἡμέτερα Reg. Maz. Med. Fuk. Sau. Steph. et Vales; Stroth. recepit ὑμέτερα.
" " 23. ἀγνοεῖν δοκεῖτε	ὑμεῖς δὲ παρὰ πάντα τὸν χρόνον, καθ' ὃν ἀγνοεῖν δοκεῖτε, τῶν τε θεῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀμελεῖτε, ἐμφαίνονται.
" " 28. φαίνονται.	ἐσήμηναν Niceph.
" " 29. ἐσήμαναν	εἰ δὲ τις ἐπιμένοι τινὰ τῶν τοιού- των εἰς πράγματα φέρων, ὡς δὴ τοιούτων.
" " 30. εἰ δὲ τις ἔχει κ. τ. λ.	δίκης.
" " 33. τῇ δίκῃ	

P. 46, 30. Ἐπιστολὴν ἐδεξάμην. Lumen hic locus accipit ex his Plinii epistolae ad Traianum verbis: solemne est mihi, domine, omnia, de quibus dubito, ad te referre etc. Plin. epist. lib. X. ep. 96 (al. 97) et Euseb. h. e. IX, 1.

P. 47, 3. μόναις βοᾶς. Solemnes formulae, velut illa: „Christianos ad leones! Si Tiberis ascendit in moenia, si Nilus non ascendit in arva, si fames, si lues, statim Christianos ad leonem!“ Tertull. apolog. 40. Similis exclamatio: σταύρωσον! σταύρωσον! Ioh. 19, 6. Saepissime praesides et proconsules eius-

modi acclamationibus civium prava iubentium etiam inviti, ne auram popularem amitterent, credebant.

P. 47, 9. Ἀντωνίνου ἐπιστολὴ πρὸς τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας. Hoc edictum, si modo fuit Iustino in manibus, ipse apologiae non inseruit, cui postea per alienam accessit sedulitatem. Nam nec mentionem eius usquam fecit, neque illud omnino existit eo tempore quo apologiam suam scribebat. Quodsi existisset, non est dubium, Iustinum potius hoc usurum fuisse ad defensionem sui, quia ad Antoninum dirigitur apologeticus, quam illo Hadriani, ad quem apologeticus non pertinet." Ita Otto post Eichstadium in exercitatione Antoniniana V. Exstat hoc, quod vulgo Antonino Pio adscribitur, rescriptum apud Eusebium h. e. IV, 13. Ipsa autem edicti inscriptio negotium exhibuit multis viris doctis, quorum alii cum Valesio statuunt Eusebium errasse qui Antonino Pio hanc epistolam tribuit, cum sit divi Marci Aurelii philosophi. Pii esse eam contendunt Petrus Halloix, Guilielmus Cave aliique, cum Valesio Grabius, Huetius et maxima pars eruditorum a Marco scriptam esse putant. Vide Valesium ad Euseb. h. e. IV, 13 et Thirlb. ad hunc nostrum locum. Altera controversia est de authentia. Suppositivum esse Caesaris rescriptum, post J. I. Scaligerum et Moyl. argumentis perfecisse sibi visus est Thirlbius, Is. Haffner in libello de edicto Antonini Pii pro Christianis ad commune Asiae. Argent. 1781. 4. et Eichstadius l. c. Adversariorum partes susceperunt Hegelmaier in comment. in edictum imp. Ant. P. pro Christianis. Tubing. 1767. 4. Cf. Heinichium ad Euseb. l. c. p. 333, ubi in animadversionibus plurima habes docte apteque disputata.

P. 47, 10. Vide quorum auctoritate hanc historiam confirmare solent, scilicet Tertull. apolog. 5, ad Scap. 4, Euseb. h. e. V, 5. Gregor. Nyss. in orat. in 40 martyres, Oros. lib. VI, 15. Etiam scriptores gentiles: Dio. Cass. ap. Xiphil. p. 170. Iul. Capit. in vita Marci Antonini 24; Claudian. de VI. consulatu Honorii vers. 324. Themistius orat. XV. al. rem referunt sed diis tribuunt. Cui plura de legione fulminea sive rectius fulminata noscendi libido fuerit, adeat scriptores recentiores quos enumeravit Jablonskius in opuscul. tom. IV. p. 5 et Heinichius ad Eusebii histor. eccl. tom. II. p. 46 recenset. Videatur Fr. Leopoldi comitis Stolberg, hist. relig. Iesu Christi tom. VIII,

p. 121. et quae a Borghesio Romano, clarissimo scriptore, de legionibus disputata sunt, in annal. archaeolog. X, p. 139. Hergenröther A. K. Gesch. III, 37. Inscriptiones exstant apud Gruterum 547, 6 et 567, 10; Murat. 869, 1 et 894, 4, Orellium inscript. lat. select. 517. 3147. 3368. 3369. 5447. 6497. 6522 et 6777. Non solum litteris consignata res est, sed etiam columnae insculpta, ut publice non legi modo sed etiam spectari possit.

P. 47, 12. τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας. Ita Cicero commune Milyadum et commune totius Siciliae in Verrinis dixit. Subintelligendum συνέδριον; habebant enim Asiani commune concilium totius gentis, quo singulae civitates legatos synedros mitterant, ut docet Aristides in quarta oratione sacrarum. Aristides illic scribit hoc concilium in superiore Phrygia collectum i. e. Apameae vel Synadis. Videtur etiam in aliis civitatibus congregatum fuisse, et hoc Antonini rescriptum Ephesi ubi commune Asiae convenit, publice fuisse propositum, ab Eusebio l. c. memoriae proditum est. Erant in aliis quoque provinciis populi Romani huiusmodi concilia, ut conc. provinciae Africae, conc. Byzacenorum, conc. Tripolitanorum etc. Vales. ad Eusebium. Cf. Eichstadium l. c., qui monet haec concilia persecutionum in Christianos fuisse seminaria. Accusaverat commune Asiae christianos, rescribit imperator.

P. 48, 7. ἐν Κοτίνῳ. Legit Salmasius et Eichstadius ἐν Καρνούτῳ: Ottoni praeplacet Καρνούντῳ. — Ibidem leg. παθῶν pro σπαθ. codd.

P. 48, 8. ὑπὸ δρακόντων. Δρούγγων in locum δρακόντων substituit Scaliger, notans, vocem drungus significare cohortem, eamque a barbaris saeculo Diocletiani ad Latinos et ab his ad Graecos transmissam esse. Sed Salmasius in not. ad Iulium Capitolinum de vita Antonini cap. 24 retinendam docet vocem δρακόντων, utpote quae signum militare denotet, atque dracones decem in una quaque legione fuisse, adeo ut septuaginta dracones septem effecerint legiones; neque Romanos solum, sed et Parthos, Indos atque Scythas hoc signo usos esse probat: quamquam hoc loco de Romanis potius copiis accipiat. Maxime vero huc faciunt verba Luciani ab eo allegata: σημειὸν δὲ πλήθους τοῦτο αὐτοῖς, χιλίους γὰρ αἶμαι δράκων ἄγει. Grabius.

P. 48, 12. Otto: γεμίνας φρεντησίας = geminae, fretensis.

P. 48, 12. πατρώοις. In codd. mss. legitur ad marginem πατρίοις. Mar.

P. 48, 25. παρήγοροι. Scaliger παρήγορον legit referendo ad deum. Mar.

NOTATIONES
IN
APOLOGIAM POSTERIOREM.

P. 50, 1. Καὶ τὰ χθές δὲ καὶ πρώην proverbialis est locutio ab Homero profecta et prae ceteris ab oratoribus atque sophistis in deliciis habita; v. Casaubon. ad Strab. t. I. p. 7. Ast. ad Plat. de legib. p. 143. Lobeck. ad Phrynich. p. 323. Aliqua in huius apologiae initio desiderari, Perionio suspicionem movit particula δὲ, quam exhibent codd. et editt. Coniecit Braun καὶ τὰ χθές τε καὶ πρώην et quidem patris huius ῥήσεως aliorumque auctoritate fretus. Χθιζά τε καὶ πρώιζα. II. II. 303; ἀνήκοον εἶναι ἕνιά γε χθιζά τε καὶ πρώιζα γεγενημένα. Plato Alcibiad. II. p. 141. D. Ceterum eodem modo orditur Xenophon. Oecon. Ἥκουσα δέ et Apoll. S. Σωκράτους δέ.

P. 50, 1. ἐν τῇ πόλει ὑμῶν. R. Steph. ἡμῶν, male. Vide p. 16, 26. Euseb. h. e. lib. II. c. 13. p. 83. ed Stroth.

P. 50, 3. ὑπὲρ ὑμῶν. Ita legunt H. Steph. et Maranus, idque cum omnium codicum auctoritate. Quin legendum sit cum Thirlbio, Thalemanno, Goezio et Ottone ἡμῶν, dubium non est, cum et sensus hanc lectionem flagitet, et similitudine exordii apologiae prioris p. 1, 4. firmetur.

P. 50, 5. σύνταξιν. Hanc lectionem stare non posse et veram esse σύνταξιν, bene vidit Sylburgius; σύνταξιν ποιῆσθαι nihil aliud est, quam συντάσσειν, componere.

P. 50, 9. Otto emendat: συγγενήσεσθαι propter κολασθήσ.

P. 50, 11. Iam a librariis, quod veram huius exordii structuram non intellegebant, post verbum ὀρμήσαι immissa est lacuna atque ab editoribus fere omnibus comprobata asteriscisque notata; mirifice tamen ab utrisque dissentimus. Nihil enim

ad sententiae perfectionem deerit recta instituta interpunctione, quae talis fere est, ut verba χωρὶς τῶν πεισθέντων usque ad Χριστιανῶν cancellis includantur, ut, quae sequuntur usque ad ὀρμησαι, coniungantur cum iis, quae hanc parenthesin praecedunt, ac quod iam Maranus vidit, duo nominativi subiecti, improbi homines (ὅς ἂν σωφρονίζηται) et mali daemones (καὶ οἱ φαῦλοι δαίμονες), referantur ad verba φονεύειν ἡμᾶς παρασκευάζουσιν. Quare etiam post δαίμονιῶντας commate interpungas. Totius igitur exordii hic nexus, haec summa est: „et quod nuperrime in urbe vestra, Romani, accidit, quaeque fere ubique similiter ab iudicibus peccantur, causam nostram Vobis a me exponi vehementer flagitant. Nam et ii omnes (ὅς ἂν σωφρονίζηται) qui sceleribus variisque vitiis dediti ad meliorem se frugem adduci non patiuntur (διὰ τὸ δυσμετάθετον) propter inveteratam peccandi consuetudinem ac difficilem ad virtutem nisum: nimirum eos dico (χωρὶς τῶν πεισθέντων) qui non sunt a numero Christianorum; et pravi daemones, qui nobis inimici sunt, ac tales iudices veluti δαίμονιῶντας principes in servitio suo tenent, mortem nobis atque perniciem parant“. — Quae quidem quam bene cohaereant, nemo non videt.

P. 50, 16. Totus hic locus ab Eusebio h. e. lib. IV, 17. transscriptus est, ex eaque varias lectiones, uti antea factum, ad editionem Strothii subnotabimus.

P. 50, 16. συνέβίου. Ita Vales. et Stroth.; Christophors. συνέβίω cum duorum codicum auctoritate.

P. 50, 17. ἐπει. Euseb. ἐπειδὴ δὲ; ibidem l. c. ante vocem διδάγματα Euseb. praefixum habet articulum τὰ.

P. 50, 17. ἔγνω αὐτῆ. Quidquid intra has voces et istas ὀνόματος δὲ χριστιανοῦ interiectum est, id deest in codicibus regio et Claromontano; desumpsimus autem ex Eusebio, qui lacunam opportune explet. Monet Thirlbius legendum ἔγνω αὐτῆ; deest apud Euseb. postrema vox. Mar.

P. 51, 8. Ἀλεξάνδρεια. Infamis fuit Alexandria deliciarum et voluptatum fama, quae et proverbio locum dedit! „Deliciae Alexandrinae“. Qui igitur malus Romae fuerat apud uxorem et inter concives, vix aliud ab eo Alexandriae expectari poterat, quam ut ibi absentibus iis qui eum a turpitudine revocare possent, solutior iret in praecipua vitiorum. Meminit deliciarum Alexandrinarum T. Quintilianus lib. I. inst. orat. c. 3: Gaude-

mus si quid licentius dixerint, verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis risu et osculo excipimus. Halloix. p. 304, 5.

P. 51, 11. παρ' ὑμῖν. Steph. et Vales. παρ' ἡμῖν. Nostram lectionem codicum duorum Colbertinorum et unius e regiis auctoritate firmatam defendit Thirlb., recepit Strothius et commendavit Burton ad Euseb. h. e.

P. 51, 15. μὴ βουλομένου. Haec verba desunt teste Marano in duobus codd. Colbert. et uno regio; sed ab omnibus editoribus Euseb. recepta sunt.

P. 51, 19. αὐτῆς διοίκησης. Post haec verba legitur in editis et in H. Steph. exempl. ὑπέσχετο, quod a Valesio et Marano eiectum in sedem suam revocavit Strothius.

P. 51, 21. Οὐρβικος. Legitur in omnibus Eusebii codicibus mss. et editis Οὐρβίκως. Sed cum a Iustino vocetur Urbicus semel et iterum initio orationis, atque etiam infra ὁ Οὐρβικε, satius videtur in his etiam, quae ex Eusebio desumpta sunt, eandem scripturam sequi. Id enim consentit, ut observat Valesius, et cum veteri inscriptione, in qua vocatur Q. Lollius Urbicus, et cum Apuleio, qui in sua defensione non procul ab initio praefecturae urbanae, quam idem gessit Urbicus, non obscure meminit. Haec autem verba, ὁ Οὐρβικος ἐκολάσατο, leguntur in omnibus Eusebii mss. codicibus, sed apud Nicephorum desunt. Rufinus videtur illa in interpretando neglexisse, quod quidem et Valesio accidit. Mar.

P. 51, 24. Legendum monet H. Steph. αὐτὸ τοῦτο μόνον, εἰ χρ.

P. 51, 28. ἦλθεν. Praebet cod. Medic. et Fuket. ἦχθη, quae lectio probatur Valesio, Pearsono et Thirlbio; Otto eam in textum recepit; προσήχθη Niceph.

P. 51, 32. ὅτι οὐκ εἶη. Hanc meliorem lectionem notante Marano firmant tres codd. Colbert. unus e regiis et quidem antiquus cum Niceph. In edit. Euseb. et plurimis Iustini legitur ὅτι οὐκ εἶη.

P. 52, 5. ἐκολάσω. „Κολάσαι scribendum censent Steph. ad Iustin. et W. Lowth., aut pro τοῦ reponendum secundum illum δὲ ἦν, secundum hunc ὅτι. Atque sic utique scribere debuisset Iustinus, cuius tamen negligentiae τὸ ἀνακόλουθον tribuo atque nihil muto.“ Haec quidem Strothius, cui assensum praebuit Heinichius ad Euseb. l. c. Sed cum aliis locis, tum

etiam nostro, opinor, viri docti prava decepti interpunctione conati sunt loco sano afferre medelam. Tu, id ut videas, post τῆς ἢ αἰτία interrogationis pone signum; et locus omnis corruptionis et Iustinus negligentiae nota est liberatus; τοῦ autem idem esse quod τίνος, vix opus est, puto, ut moneam.

P. 52, 6. φιλοσόφῳ. Ita uno excepto omnes habent Euseb. codd., itaque legerunt Niceph. et Ruf. Pravam esse lectionem φιλοσόφου, quam unus e regiis praebet, supra p. 62 probasse mihi videor. — Articulus, qui illico ante ἰερά sequitur, deest apud Euseb.

P. 52, 7. δοκίς μοι. Vide Evang. Ioh. XVIII, 17.

P. 52, 9. ἀπαχθῆναι. I. e. ad supplicium duci; cf. Euseb. h. e. VI, 41: στρατιώτης τε αὐτοῖς ἀπαγομένοις παραστάς. Est enim illud verbum hac in re proprium. Vide Ael. V. H. XIII, 34. Cf. Plat. Men. 13, 6 ed. Buttm.: τάχ' ἂν ὡς γόης ἀπαχθείης. Pollux VIII, 9. 102. Eodem modo vel ἄγειν, ducere legitur apud Ael. V. H. I, 30: τῶν ἀγομένων, i. e. eorum, qui ad mortem ducebantur. Kypke observatt. sacrar. tom. II. p. 61 et Tertull. locum a nobis ad p. 53, 1 citatum.

P. 52, 10. καὶ χάρις. Sine καὶ Euseb.

P. 52, 10. πονηρῶν. Euseb. πονηρῶν γὰρ δεσποτῶν τοιαύτων. Deest illud τῶν in Euseb. edit. et in tribus antiquioribus codice. iam saepe memoratis, nempe duobus Colb. et uno regio. Quare visum est expungendum. Mar.

P. 52, 10. ἀπηλλάχθαι. — ἀπηλλάχθαι ἐπέειπε καὶ παρὰ ἀγαθὸν πατέρα καὶ βασιλέα τὸν θεόν. Hanc Euseb. lectionem firmant notante Strothio codd. et edit. Euseb., Niceph. et Ruf.

P. 52, 14. καὶ ξύλω ἐμπαγήναι. Ita codd. et editt. Iustini omnes; e codicibus tamen Eusebii magna enotata est lectionis varietas. Praebet nimirum Cod. Maz. καὶ ἐν ξύλω ἐντιναγήναι; Fuk. καὶ ἐν ξύλω ἐντιναγήναι; Med. καὶ ἐν ξύλω ἐνταγήναι; chronic. paschal. καὶ ξύλω ἐντιναχθῆναι. Vulgatam Iustini esse retinendam scripturam praeferebantque cuilibet allatarum, facile patet. Quodnam vero tormentorum genus sit hoc ξύλον, de eo magna est inter viros doctos dissensio, quam ob similitudinem horum suppliciorum haud facile solveris. Convertit Rufinus: baculo et olava feriendum; Perionius: cruci suffigat; Langius et Christophersonius: fustuarium pati; Scaliger: patibulo affigi; Valesius et Otto: in nervum compingi, et Maranus denique

Tertulliani fretus (locum respicit nostro plane dissimilem) auctoritate: ad stipitem affigar. Mihi veri perquam videtur simile ξύλον hoc loco idem cruciatuum genus esse, quod et alio nomine Graecis κύφων dictum atque in Christianorum persecutionibus frequenter adhibitum fuisse legimus. Latine optime designatur vocabulo numellae. Vide quae ab Hemsterhusio et Charlesio ad Aristoph. Plut. v. 476 de κύφωνι sunt disputata. „Numellae, ait Nonius Marcellus, machinae genus ligneum ad discrucianos noxios paratum, quo et collum et pedes immittunt.“ Nervus vero est truncus perforatus, quo pedes vel cervices impediuntur.

P. 52, 14. Κρίσκεντος τοῦ φιλοσόφου. ἀφιλοσόφου Euseb. Κρίσκεντος, ita etiam codices Eusebiani et Nicephorus. E nomine Latino Crescens Graeci fecere Κρίσκης, Κρίσκεντος. Euseb. h. e. IV, 16. De eius ingenio videndus Tatianus in orat. adv. Graecos c. 19, qui illum hominem ad omnem inhonestatem et iniuriam faciendam instructum fuisse affirmat.

P. 52, 15. ὁ γε περὶ ἡμῶν ἄ μὴ. — ὅς γε περὶ ὧν μὴ Euseb.; ὡς γε δημοσία καταμαρτυρεῖ ὡς ἀθέων ἡμῶν καὶ ἀσεβῶν χριστιανῶν ὄντων. Chronic. pasch.

P. 52, 17. Scripturam πεπλανημένως, quam tres Euseb. codices praebent et Valesius prorsus necessariam esse contendit, non recepit Stroth., sed vulgarem retinuit auctoritate codd. reg. Sav., Steph. et Rufin.

P. 52, 19. Pro πολὺ, quod in codd. Iustini et editis legitur, Mar. recepit πολλῶ ex quibusdam codd. Euseb.

P. 52, 21. μὴ συνῆκε. Ita locum sanavit Mar. ex Euseb., quem ita editt. (Thalem. et Goezii v. g.) exhibent: ἦ εἰ ἐντυχῶν τῶ ἐν αὐτοῖς μεγαλείῳ, ἦ συνείς.

P. 52, 24. προθέντα. Ex Euseb. recepit Mar. pro vulgari προταθέντα; προτιθέντα Grabii est coniectura.

P. 52, 25. μαθεῖν. Et hoc loco et alio paulo post (l. 30) copula apud Euseb. deest.

P. P. 52, 31. ὁμοίως Σωκράτει. Haec non leguntur apud Euseb.

P. 52, 31. φιλόδοξος. Quod de Crescente Iustinus, id patres de plerisque philosophis affirmare solent, eos nempe non veritatis inveniendae, sed aut ostentationis aut

quaestus causa philosophari. Quare Tertullianus in apologe-
tico suo c. 46 eos famae negotiatores, Hieronymus autem eos
gloriae animalia atque popularis aurae rumorum vilia man-
cipia vocat. Vide Hieronymi epist. 26 et 34 et Tertullianum
l. c. c. 46. Etiam Aristoteles in ethica sua ostendit nihil pro-
desse sermones philosophicos iis, qui vitam suam propterea
non corrigant. Ethicor. ad Nicomach. II, 2. p. 1105. ed. Acad.
Borussicae.

P. 52, 32. Platonem exprimi de rep. lib. X p. 595 C a
Iustino, viros doctos non fugit.

P. 52, 34. Nolte et Otto: προθεμένω.

P. 53, 1. πάντες οὖν. Frequens praefectorum dictum. „Ar-
rius Antoninus in Asia cum persequeretur instanter, omnes
illius civitatis Christiani ante tribunalia eius se manu facta
obtulerunt. Tum ille, paucis duci iussis reliquis ait, ὧ δειλοί,
εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε“. Tertullian. ad
Scap. 5.

P. 53, 7. γεννηθῆναι. Legendum μὴ γεννηθῆναι monuere
Perionius et Sylburgius. Mar. Sed nec sic locus restitutus
est; τοῦ οὐ γεννηθῆναι coniectura est Goezii.

P. 51, 18. μεταβολαῖς. Legendum esse μεταβολὰς observat
Thirlbius, et στοιχεῖα esse solem et lunam et alia sidera de-
monstrat ex Iustini dialogo §. 23 et 85. Vide Theophil. lib. 1.
§. 4. Valde mihi arridet eiusdem viri eruditi observatio, qui
legendum putat, καὶ θεῖον τούτοις νόμον τάξας. Mar.

P. 53, 21. γυναικῶν μίξειςιν. De angelis malis eorumque
cum mulieribus consuetudine etiam alii ex veteribus perperam
sentiebant. Genes. 6 filii Dei non sunt angeli sed pii Sethitae
et filiae hominum sunt Cainitae. Cf. passim dogmaticos et
exegetas.

P. 53, 23. διὰ μαγικῶν γραφῶν. Legitur in apologia p. 8,
10. διὰ μαγικῶν στροφῶν; ut Thirlbius observat. Mox etiam le-
gendum esse ὧν ἐπέφερον admonet.

P. 54, 1. ὄνομα — ὧ γὰρ ἄν. Locus a viris doctis varie
tentatus, a Marano simili tantum dotatus ex I. Damasc. sen-
tentia ceterum neglectus. Putat Davis. omnino legendum ὁ γὰρ
ἄν, quam coniecturam cum aptissimum praebeat sensum, aegre

relinquimus, infausta hoc loco particula καὶ coacti. Altera autem coniectura, quae est Perionii τοῦ θεμένου legentis, efficitur nihil, quare codicum scriptura ᾧ γὰρ retinenda et ἔχει cum Thalemanno legendum pro ἔχει. Melius Otto: καὶ ὀνομά τι πρ. nisi quod καὶ etiam sic abundare videatur.

P. 54, 6. γεννώμενος. Codicis Clarom. lectionem γενόμενος, Scaligero in notis ad Euseb. chronic. probatam, reiecerunt Marano adnotante Bullus et Grabius.

P. 54, 7. Χριστός μὲν, κατὰ τὸ κερῖσθαι. Scaliger loco mox citato legit κερῖσαι: sed Grabius et alii verbo passivo activam significationem tribuunt, ita ut Christus dicatur verbum, quia per illud deus omnia iunxit et ornavit. Solus Gelenius reddidit: eo, quod unctus sit. Verbum Iustinus unctum fuisse dicit, quia splendor est paternae gloriae et lumen de lumine. Hoc verbum κερῖσθαι satis aptum videtur ad significandum splendorem. Sic enim Theophilus Antiochenus lib. I. num. 12 ait: „nullum opus ornatum esse posse, nisi ungatur et ad splendorem expoliatur“, ἐὰν μὴ κερῖσθῃ καὶ στιλβωθῇ. Ait ibidem aerem quodammodo luce inungi, τρόπῳ τινὶ κερῖσται φωτί. Valentiniani inter alia nomina, quae verbo mundum creanti tribuebant, Christum illud appellabant: et Christum dicebant esse lumen illud, quo recedente Achomoth perturbata fuerat, Iren. lib. 4. n. 1 et 5. S. Ambrosius in libro de fuga saeculi cap. 13 de verbo sic loquitur: Unctus naturaliter legitur a deo patre, quia lumen est verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.“. Maran., contra quem Braun: Ne multa, docet Iustinus humani generis sospitatorem, Christum, id est unctum sive regem dictum esse, quod ipsi rerum creatarum imperium a summo numine sit traditum. Huius interpretationis vocis Χριστός exempla a Suicero in Thesauro monstrantur, ubi noster locus cum Scaligeri explicatione transscriptus est.

P. 54, 10. Ἰησοῦς δὲ καὶ ἀνθρώπου καὶ σωτῆρος ὄνομα. Nomine Iesu hominem simul et salvatorem designari, ait Maran., quia illud verbo incarnato sciebat convenire. Hoc enim discrimen inter Christi et Iesu nomen a Iustino ponitur, quod primum verbo ante incarnationem competere crederet, alterum post incarnationem. Contra quem Braunius: Iustinus de his nihil, qui docet nomine Iesu significare ἄνθρωπον, i. e. ἄνθρωπον κατ' ἐξοχήν, et Hebraica quidem lingua ad hanc interpretationem adductus.

Putabatur (?) videlicet in voce $\psi\psi\iota\eta$ contineri $\psi\psi\iota\eta$ ἄνθρωπος, similesque gnosticorum interpretationes sive somnia videri possunt apud Irenaeum libr. II. adv. haeres. cap. 22. p. 149. ss. ed. Massuet. Vide Goez. p. 30. $\Sigma\omega\tau\eta\rho$ dicitur, quia putabatur (?) nomen Ἰησοῦς ab ἰάομαι esse profectum.

P. 54, 12. $\omega\acute{\varsigma}$ προέφημεν. Cf. p. 15, 25. etc.

P. 54, 13. καταλύσει. Legendum ἐπὶ καταλύσει, ut Perionius et Sylburgius viderunt. Legendum etiam ἐπὶ σωτηρία τῶν πιστευόντων coniecit Thirlbius. Coniecturam firmavit Goezius similibus ex Iren. et Epiphan. locis. Similia sunt illa apolog. I, 57.

P. 54, 15. ἐν τῇ ὑμετέρα. H. Steph. ei Thirlb. sine causa legi volunt ἡμετέρα. Mar.

P. 54, 16. ἐπορρίζοντες. Steph. Thalem. et Goez. ἐξορρίζοντας et mox ἐξορριστῶν. Inutilis prorsus coniectura temere a Goezio in textum recepta. Vide Suicer. in v.

P. 54, 20. κατέχοντας. Clarom. κατέχοντας et ad marginem κατέχονται.

P. 54, 23. δ γνώσκει ἐν τῇ φύσει, $\delta\tau\iota$ αἰτιόν ἐστιν. Difficillimus est locus et varie temptatus. Perionius interpretatur: „Quod quidem Christianorum semen scit deus causam esse in natura, i. e. cur naturam rerum velit manere et stare“; Langus: „Quod (semen) naturae rerum causam esse novit“. Quae omnia a Grabio improbantur. Grabius ipse ita interpretatur: „quod (Christianorum semen) praevidet in genere humano (?) quoniam ipse prima rerum causa est. Segaario (ad Clem. Alex. Quis dives salvetur, p. 321) Iustinus scripsisse videtur: $\alpha. \tau. \varphi.$ $\delta\tau\iota$ κρείττον, quae coniectura ab Ottone reiicitur, qui ipse explicat: quod (semen Christianorum) novit in causa esse, cur natura rerum (antea: δ πᾶς κόσμος) exstet = non dissolvatur. Braunius existimat, male vulgo αἰτιον dici causam, cum reum significet. Ita Paulus Ephes. 2, 3. καὶ ἡμεν τέκνα φύσει ἐργῆς intellegendusque locus est de vitio originis, quemadmodum ab Augustino peccatum originale definitur. Iam locus noster ab alio plane simili apol. I, 28 explicatur. Praevidet enim quosdam ex poenitentia salutem consecuturos, quosdam nondum esse natos. Differt igitur deus sententiam propter Christianos, qui, ut reliqui homines, natura prima vitiosi

sunt, sed tamen si velint possint poenitentia et iuste vivendo salvari.

P. 54, 30. ἐκπόρωσιν. Epist. II, Petr. 3. 10 et apolog. I. p. 40, 17.

P. 55, 6. Ashton et Otto: γενητοῦ quia angeli antea cum hominibus memorati non generentur.

P. 55, 8. εἰ οὐκ ἦν ἐπ'. Legit Thirlbius εἰ οὐ καὶ (aut οὐκ ἂν ἐπ' ἀμφοτέρω τρέπεσθαι δύναμιν εἶχε. Mox idem legit τάδε μὲν. Mar. Otto cum Goezio scribit: εἰ οὐκ ἂν quod propositioni conditionali repugnat.

P. 55, 13. εἰμαρμένη. Scripserunt de fato Chrysippus, Zeno, Cicero, Plutarchus, Alexander Aphrodisius, sed omnium optime divus Thomas Aquinas libello proprio. Est autem factum vel necessitas, quemadmodum a Mureto definitur, velut sempiterna quaedam et indeclinabilis series rerum, et catena volvens semel ipsa sese, et implicans per aeternos consequentiae ordines, ex quibus apta conexaque est.

P. 55, 14. παρὰ τρεπόμενα (sic cod. Clarom., Reg.: παρα-τρεπόμενα) — ἢ μηδὲν εἶναι θεόν. Frustra torquent se in eo, quomodo haec cum antecedentibus et sequentibus cohaereant. Videntur esse transposita et post κακία γενόμενον ponenda. Thal. Braunio videtur supplendum ἀνάγκη scil. ἐστὶ, ut sit totius loci constructio: si fato omnia fieri docent, necesse est, — δυοῖν τοίνυν θάτερον, — aut deum esse negent aut statuunt nullum inter virtutem et vitium intercedere discrimen. Apol. 1. c. 28 et 43. Maran. inchoat apodosin ab ἢ μηδὲν ἐ. Θεόν (cui respondeat ἢ μηδὲν ἐ. κακίαν) dependentem a φήσουσι sub-audito ex protasi, et supplet καὶ ante φθαρτῶν. Otto refert ἢ μηδὲν ἐ. Θεόν ad protasin et apodosin inchoat a φθαρτῶν, in qua καὶ αὐτὸς τ. Θ. ab ἐσχηκέναι (!) regatur. Neque hae duae explicationes, aliis meliores, difficultate carent.

P. 55, 23. ὡς προσέφημεν. p. 30, 18. Vide Ottonis librum: de Iustini M. scriptis et doctrina p. 21.

P. 55, 23. Μουσώνιος. Musonius Volsiniensis, philosophus Stoicus, ob confidentiam et immodicam libertatem a Nerone caesus. Vide Suidam s. v.

P. 55, 26. Addidit Otto post εἰ τοὺς particulam negativam οὐ. Recte.

P. 55, 32. ἐσομένης. Commodius, ut iam nonnulli obser-
varunt, legeretur μελλούσης ἔσεσθαι. Mar.

P. 56, 2. φόβητρα. Solebant philosophi Christianis irridere
quod carnis resurrectionem et poenas aeternas assererent. „Si
gehennam comminemur, quae est ignis arcani subterraneus ad
poenam thesaurus, proinde decachinnamur.“ Tert. apolog. 47.
Celsus ap. Orig. III, 6. Arnob. adv. paganos II, 14.

P. 56, 8. καὶ ὁ αὐτῶν πατὴρ κ. τ. λ. Hoc loco omnes hae-
sitarunt critici et editores, atque quid coniciendo possent, ex-
perti sunt. Maranus putat, postrema necessario corrigenda
esse hoc modo: οἱ τούτοις οὐ συντιθέμενοι, ἄδικοι. Sed ultima
verba οὐκ ἄδικοι integra esse ex apposito οὐκ ἄδικοι ἐκεῖνοι satis
apparet. Alias aliorum coniecturas ut taceam, mihi quidem
videtur scribendum αὐτοὺς pro αὐτῶ: „sed cum nec illi iniqui
sint, nec eorum pater qui eos eadem facere per logum docet,
sequitur eos qui ipsis obsequuntur, iniquos non esse.“ Braun.
Sed nulla opus est mutatione: τὰ αὐτὰ αὐτῶ: eadem quae ipse
facit. Otto.

P. 56, 12. αἰσχρὰ καλὰ. Proverbialis sententia est: ἄλλα
παρ' ἄλλοις καλὰ.

P. 56, 20. διὰ τοῦτο λογ. Correxerunt Pearson.: διὰ τοῦ τὸ
λογ., Maranus et alii, volunt διὰ τό.

P. 56, 23. Otto: δι' εὐρέσεως.

P. 56, 25. οἱ προγεγραμμένοι. Legendum προγεγενημένοι ut
in apol. p. 30, 14. Thirlb.

P. 57, 3. ἐπιστεύθη. Legendum cum Thalem. ἐπίσθη, ut
Sylb. voluit et sequentia docent. Otto in textum recepit.

P. 57, 10. τὰ σκεύη. Leni, sed praestanti medela hunc
locum restituit Thalem. scribendo κατασκευή; in textum rece-
perunt Goezius et Otto.

P. 57, 16. Ξενοφῶν. Fabula de Hercule Prodicio narratur
a Xenoph. memorab. Socrat. II, 1, a Cicerone de offic. I, 32
et a Maximo Tyrio, dissert. 4.

P. 57, 18. ἐρωτοπεποιημένῳ. Vereor, ne legendum sit χρω-
ματοπεπ. Hoc convenit Xenophonti Mem. S. II, 1, 22, qui καλίαν
dicit fuisse fucatam, κεκαλωπισμένην τὸ χρώμα, ὥστε λευκ. etc.
Thalem. Defendi tamen potest vulgaris lectio his Xeno-

phontis verbis: ἐσθῆτα δὲ ἐξ ἧς ἂν μάλιστα ὄρα διαλάμπει. Mem. II. 1, 22. Quare nihil mutandum esse censeo.

P. 57, 26. ἄλογα. Sylburgius coniecit, legendum ἀλγινά vel ἀλγινά; ἀμήχανον γὰρ ἐστὶ τὸ ἄλογον. Pearson coniecit ἄκοσμα. Otto nihil mutandum existimat.

P. 57, 28. φθαρτῶν. Maranus Goezius et Otto volunt ἀφθάρτων. „Non enim corruptibilia sed incorrupt. imitando vitiositas sub virtutis ornamentis delitescit.“

P. 58, 1. πάντα οὖν ἔχει. Huius loci, qui interpretes mirum in modum torsit, vitium sanari potest, si una addita litterula legamus πάντα νοονεχῆ. In codice Clarom. legitur πάντα λογιζμὸν ἔκοντα, ceteris in textu omissis, sed tamen ad marginem ab alia manu restitutis. Legit etiam Thirlbuis νοονεχῆ et paulo ante cum Perionio ἔφασαν pro ἐφθασαν. Mar. Illud ἔφασαν omnibus editoribus probatum a Goezio et Ottone repositum est.

P. 58, 3. καὶ γὰρ — φονευθησόμενον. Transcripsit hunc locum Euseb. h. e. IV, 8, 5. ed. Burton p. 240.

P. 58, 4. ὄρων δὲ ἀφόβους. — ὄρων δὲ καὶ ἀφόβους Euseb.

P. 58, 4. καὶ πάντα τὰ ἄλλα. — ἄλλα apud Euseb. deest.

P. 58, 7. ἀνθρωπίνων. — ἀνθρωπείων. Euseb.

P. 58, 8. ὕπως τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν στερηθῆ. — ὕπως τῶν ἑαυτοῦ στερηθείη ἐπιθυμιῶν Euseb.

P. 58, 9. ζῆν μὲν. — μὲν deest apud Euseb.

P. 58, 10. ὅτι γε. — ὅτι sine γε Euseb.

P. 58, 10. κατήγγελε. Sylburgius posuit κατήγγελε, quia eodem modo legitur apud Eusebium. Sed nihil obstat, quominus aoristum retineamus. καταγγέλλειν. Niceph.

P. 58, 12. εἰς βασάνους εἴλκουσαν. Ex edit. Thirlbii εἴλκουσαν textui inseruit Goezius. Per tormenta quaerere et usitatissimum simul et foedissimum apud Romanos veri inveniendi genus fuit, saepissime etiam in Christianos adhibitum. „Necessarium credidi ex duabus ancillis, quae ministrae dicebantur, quid esset veri, et per tormenta quaerere.“ Plin. ep. lib. X, 97.

P. 58, 14. ἃ αὐτοὶ φανερώς πράττουσιν. „Haec, scilicet illa crimina quae falso Christianis obiiciuntur, quo magis refutaverim, a vobis fieri ostendam partim in aperto, et partim in occulto, per quod forsitan et de nobis credidistis. Infantes penes Africam Saturno immolabantur palam usque ad pro-

consulatum Tiberii“, Tertull. apologet. 9. v. eiusd. lib. ad nat. 15. Tatian. orat. ad Graecos. Porphy. apud Theodoret. p. 108 et 109. Graecarum affect. cur.

P. 58, 19. Κρόνου μὲν μυστήρια. De crimine infanticidii et dapium Thyestearum vide notam ad p. 17, 12; de usu autem Romanorum certis diebus Saturno et aliis diis deabusque hostiis humanis litandi vide omnino doctam Thirlbii ad h. l. disputationem et Doellingeri: Judenthum und Heidenthum, s. v. Menschenopfer.

P. 58, 20. εἰδῶλω. Ut foedus inter Latinorum et Romanorum populos ictum sempiternum maneret, Tarquinius commune Romanis et Latinis in Albano monte fanum condidit Iovi Latiali sacrum, atque huic Iovis idolo aut signo sanguine humano certis anni diebus litarunt, quae quidem res ab omnibus scriptoribus profanis, ne propriam proderent infamiam, silentio praetermissa est, sacri tamen scriptores studiose fecerunt ut turpissimum facinus memoriae proderetur. Inter hos est Tertullianus qui similia apologet. c. 9 tradit: „Aeneadarum piorum est Iupiter quidam, quem ludis suis humano proluunt sanguine“.

P. 58, 23. ποιούμενοι. Ut accuratior sit oratio, legendum monet Thirlbii ποιουμένου, vel supra προσραίνετε. Mar.

P. 58, 29. εἰ δὲ καὶ νῦν τις ἦν. Optime Maranus corrigit εἶθε καὶ νῦν τις ἄν.

P. 58, 29. τραγικῇ φωνῇ. Observat Thirlbii post Grabium, Cratem magnum concionatorem mirifice delectatum fuisse clamitando et increpando cives suos ex superiore loco: Plutarch. π. παίδων ἀγωγῆς. p. 4. et Suid. in voce Κράτης.

P. 59, 3. Otto: ψευδολογουμένων.

P. 59, 6. τοῦ Χριστοῦ. Brachylogia pro τῶν διδαγμάτων τοῦ Χρ.

P. 59, 10. ἄποπτον, a conspectu remotam, sublimiorem. Legitur in codd. et apud H. Stephanum ἄπωπτον, Langius coniicit: ἄπτωτον.

P. 59, 13. μετὰ τὸν θεόν. Vide Maran. ad h. l. et Ottonis librum de Iustini M. scriptis et doctrina p. 88.

P. 59, 21. βιβλίδιον, libellus. Non unius generis sunt libelli; hoc loco intellegas libellum supplicem. Moris erat ut prin-

cipes non viva voce adirentur sed per libellos, quibus subscribebant principes sive magistratus (ὑπογράφαντες) quod fieri vellent. Lampr. in Commodo 13. Rogat Iustinus ut subscriptus libellus proponatur. Haec quoque vox proponere, προθεῖναι loquendi proprium genus est. Proponi dicebantur, quae ut oculis paterent in publico proponebantur. Constitutionibus principum addi solebat vox: προτεθείσθω, „proponatur!“ Euseb. h. e. X, 5 et de vita Const. m. III, 45 ad eundemque Vales. notam et Iustini apolog. 49, 9, Brisson. de formulis lib. 3. 76. 77. p. 303 (306). Etiam vocabulum ἀξιούμεν est e re forensi; nam et libellus ἀξίωσις vocatur; in l. 9. D. ad leg. Rhod. Faciunt ad nostrum locum illustrandum Tertulliani loci duo: Apologet. §. 1. „non licet vobis, Romani imperii antistites“, pungens ut saepissime scribit, . . . „ad iudicandum palam despiciere et coram iudicare, quid sit liquidum in causa Christianorum, quia vestra de iustitia diligentia in publico aut timet aut erubescit inquirere“; et lib. ad Scapul. sub. init.: „necesse est vel hoc modo erumpere ad proponenda vobis ea, quae palam non vultis audire“.

P. 59, 24. διὸ. Perionius scribit διὰ τὸ, quod etiam Maranus cum reliquis editoribus commendat.

P. 59, 25. γνωριστόν. Habent codd.; legendum γνωριστικόν a multis et a Marano iam observatum est.

P. 59, 26. καταψηφιζομένους. Otto ex coniectura Ashtonii legit: πράττειν, καταψηφίζεσθαι.

P. 59, 29. πρόστιμον. Bene Thirlbius προσιμῶν.

P. 59, 31. Καὶ τοῦ ἐν τῷ — κατεφρόνησα. Perion. suspectum Otto spurium habet.

P. 59, 33. ποιήσαιμεν. Braun. putat legendum ποιήσομεν.

P. 60, 2. Σωταδεῖσις. Sotades Cretensis, poeta lascivus, qui obscena multa, phlyaces sive cinaedos scripsit, unde Cinaedus dictus est a Martiali. Hinc Sotadeum carmen. Vide Suidam s. v.

P. 60, 2. Φιλανιδεῖσις. Philaenidis celebre inter scriptores obscenos nomen; de schemate Veneris scripsisse fertur. Vide Suidam ed. Bernhardi s. voc. Ἀστυάνασσα et Δημοχάρης p. 1263.

P. 60, 3. pro ὄρχεστ. Leutsch Ἀρχεστρατείας proponit. Archestratus scripsit carmen cui titulus Ἡδυπάθεια.

P. 60, 4. καὶ γενομένοις. Thirlb. de scena explicat. Quae in tragoediis et comoediis exhibentur, ita ut non solum scripta legi, sed in scenam etiam producta spectari possint. Otto: λεγομένοις.

P. 60, 31. ὑπὲρ ἑαυτῶν. Nihil mutandum. Optat Iustinus ut patres conscripti recte iudicent non Christianorum sed suorum ipsorum causa. Vide apolog. I, p. 4, 25 et supra 59, 33 τούτου γε μόνου. „Christiani enim magis damnati quam absoluti gaudent“. Tertull. ad Scap. Idem in apologet. sub init.: „Christianus damnatus gratias agit“.

Corrigenda.

- P. 4, 12 leg. τινές pro τινες
P. 4, 29 leg. δύνασθαι pro δύνασθαι
P. 5, 27 leg. και pro παι
P. 8, 13 leg. τῷ
P. 8, 21 leg. ὅπως pro οπως
P. 9, 28 leg. θησαυρίζετε pro θεσ.
P. 12, 11 leg. Χριστός pro Χριστός.
P. 12, 16 leg. νεκρομαντεῖαι pro νεχομ.
P. 16, 28 leg. Ῥωμαϊκὴν pro Ῥωμαϊκήν
P. 22, 3 leg. οὐ pro οὐ
P. 27, 27 leg. οὔτε pro οὔτε

Alios leviores errores benevolus lector facile ipse corrigat velim.

INDEX RERUM.

Numeri priores paginas indicant, lineas posteriores.

A.

Acta Pilati 23, 7. 31, 18.
 Adiuratores 54, 18.
 Adonis 16, 12.
 Adrianus 46, 23.
 Adventus Christi 34, 9.
 Aesculapius 14, 16. 37, 13.
 Amen 44, 28.
 Amphiloehus 12, 23.
 Angeli boni 4, 9.
 Angeli mali 53, 20.
 Animi immortalitas 12, 13. 13, 13.
 43, 30.
 Antinous 18, 26.
 Antiope 16, 15.
 Antoninus, Aelius Adrian. 1, 1.
 47, 10.
 Antoninus, Marc. Aurel. 48, 3.
 Apostoli 25, 17. 45, 27.
 Aquae aspersione 41, 30.
 Arbores pro diis habitae 16, 1.
 Ariadne 14, 20.
 Assessores, *πάρεδροι* 12, 19.
 Auspicia 42, 3.

B.

Bacchus, Iustini avus 1, 5.
 Bacchus 14, 17. 16, 10. 36, 28.
 Baptismus 40, 26. 41, 30.

Barchochebas 19, 19.
 Bellerophon 14, 20. 37, 5.
 Bethlehem 22, 11.
 Bibliotheca a Ptolomaeo condita
 19, 6.

C.

Calamitates imputantur Christiani
 47, 15.
 Calumniae innocentibus nihil nocent
 17, 33.
 Capparetaea 16, 34.
 Caritas Christianorum 8, 16. 8, 19.
 38, 25.
 Castitas; de ea Christi praecepta
 8, 30.
 Census (*ἀπογραφαὶ*) sub Cyrenio
 22, 16.
 Christus, veri dei filius et apostolus
 7, 12. 7, 34. 15, 4. primo-
 genitus et *λόγος*, cuius totum
 genus humanum particeps 30, 15.
 rex, quia per eum omnia sunt
 creata 54, 7. caro factus 45, 8.
 homo factus 54, 12. e virgine
 natus 21, 11. 15, 15. sub Cyrenio
 30, 12. Dei τὸ ἔλον λογικόν
 56, 20. utrum Deus esset, an
 homo, nescierunt daemones 36,

28. Latuit usque ad aetatem virilem 22, 19. Eius docendi ratio 8, 31. Quare homo factus et mortuus sit, et quare resurrexerit 7, 32. 14, 10. 30, 15. 43, 25

Christiani, unde dicti 7, 13. nomine sunt optimi 2, 25. Christiani sunt omnes, qui rationi parent 30, 17. ex omni hominum genere vocat 1, 4. veriores, non ex Iudaeis, sed ex gentibus Christiani 35, 15. Nominē, non re Christiani 3, 7. religionis accusandae offerunt causam 3, 8. Qui doctrinam moribus non referunt, non sunt Christiani 11, 10. Sine causa odio habentur 1, 8. ob nudum nomen damnantur 2, 33. Athei 4, 4. 7, 22. 59, 5. Scelera illis obiecta 17, 12. probari non possunt 15, 30. an ab Haereticis committantur, non liquet, ibid. Horum criminum auctores daemones 6, 7. 6, 34. 15, 28. Chr. cum philosophis et poetis multa docent similia 13, 27. 58, 3. Quemcunque doctrinae suae initiant 4, 10. quae docent, probant 35, 5. Christianorum sunt, quaecunque philosophi docent 40, 20. Doctrina Christianorum longe superior philosophorum placitis 56, 19. summi Dei sunt veneratores 4, 7. ac Christum iure colunt 8, 1. Christianorum religione hominum vita et mores immutati 8, 7. 9, 8. 12, 10. 45, 5. 48, 16. Propter Christ. mundi interitus differtur 54, 21. quale regnum expectent 6, 11. pro inimicis orant 8, 20. vectigalia libenter pendunt 11, 25. Eorum caritas 8, 14. 8, 19. 38, 25. Eorum castitas; de ea Christi praecepta 8, 13. 8, 30.

Confessores 46, 8.

Conflagratio (ἐκπύρωσις) 40, 17. 54, 30.

Cotinum 48, 7.

Creatio mundi 39, 19.

Crescens Cynicus 52, 14. 52, 33. 57, 14.

Crux 13, 1. 37, 30. 40, 6.

Cynici 52, 33.

Cyrenius, 22, 16. 30, 12.

D.

Daemones 3, 20. 3, 21. 3, 25. 4, 2. 5, 10. 6, 7. 6, 34. 14, 32. 15, 28. 16, 22. 18, 1. 26, 1. 36, 28 et saepius.

Daemoniaci 12, 22.

Deus non indiget hominum oblationibus 5, 24.

Diabolus 18, 1.

Diaconi 44, 31. 46, 4.

Dii 3, 15. 47, 12. 59, 27.

Dodonae oraculum 12, 23.

Dracones 48, 8.

E.

Eleemosyna 9, 25. 46, 3.

Empedocles 12, 25.

Epicurus 55, 2.

Episcopus 45, 28.

Epistola Adriani 46, 29.

Epistola Antonini 47, 9.

Evangelia 45, 13.

Eucharistia 45, 3. 46, 2.

Eunuchi 17, 28.

Expositio puerorum 17, 18. 18, 16.

F.

Fatum 27, 27. 55, 13.

Felix, Alexandriae praefectus 18, 20. 18, 23.

Ferentarii 48, 12.

Flavia Neapolis 1, 6.

G.

Gehenna 13, 24.
 Gentilium vita moresque 8, 14.
 17, 20. 35, 23. 47, 23. 55, 20.
 58, 10.
 Germania 48, 27.
 Gittae 16, 24.
 Granianus 46, 31.

H.

Haereses 16, 19. 38, 10. 39, 3.
 Helena, comes Simonis magi 16, 31.
 Heraclitus 30, 18. 55, 23.
 Hercules 14, 18. 37, 10.
 Herodes 19, 9.
 Homerus 12, 26. 56, 31.
 Hystaspes 13, 27. 29, 17.

I.

Idololatria 15, 34.
 Ieiunium 40, 30.
 Iesse, proavus Christi 21, 9.
 Imperatores morientes immortalitati
 consecrantur 14, 21. eorum ima-
 gines 38, 1.
 Inscriptiones 38, 2.
 Inspectiones puerorum incorruptorum
 12, 18.
 Iudas, προπάτωρ Iudaeorum 20, 8.
 Iudaei 19, 33. 30, 31. 31, 27.
 34, 23. 35, 16. 42, 15.
 Iustinus 1, 5. 50, 2. 58, 2. 59, 1.

L.

Lector 45, 27.
 Legio 48, 12.
 λόγος, v. Verbum.
 Lucius martyr 52, 1—9.

M.

Magia 8, 10. 12, 17. 16, 26.
 53, 23.
 Magistratus δαίμονιῶντες 50, 13.
 Marcion 17, 4.

Martyres 4, 8. 6, 13. 47, 17.
 51, 29. 53, 7. 58, 3.
 Matrimonium secundum illicitum 9, 8.
 Matr. finis 18, 19. Cf. 50, 16.
 Menander comicus 14, 7.
 Menander Samaritanus 38, 11. Si-
 monis discipulus 16, 33.
 Minucius Fundanus 46, 30.
 Miracula 17, 2. 54, 11.
 Mithra 45, 17.
 Moses 19, 32. 29, 3. 36, 22. 39, 20
 et 27. 42, 4. 42, 16. 42, 28.
 Musonius 55, 23.
 Mysteria Veneris et Proserpinae
 16, 12. 17, 29.

N.

Necyomantia 12, 17.
 Noë 54, 28.

O.

Osculum pacis 44, 22.

P.

Peccatum originale 41, 16.
 Philaenidea carmina 60, 2.
 Philosophi 3, 10. 52, 15.
 Plato 2, 15. 4, 33. 29, 1. 39, 18.
 40, 10.
 Poenae aeternae 5, 2. 12, 16.
 28, 29. 30, 9. 34, 14. 34, 21.
 50, 8. 51, 1.
 Poenitentia 48, 30.
 Poetarum scripta 12, 26. 55, 20.
 58, 24.
 Pompeianus 48, 9.
 Pompis Deum celebrant Christiani
 7, 28.
 Pontius Pilatus 23, 7.
 Preces faciunt Christ. 7, 26. pro
 regibus 12, 6. ante baptismum
 40, 30. ante Eucharistiam cele-
 brandam 44, 19. Cf. 45, 22.
 Priscus, Iustini pater 1, 5.

Prophetae 18, 32. 19, 21. 21, 2.
27, 14. 34, 5.
Prophetiae 7, 11. 27, 10. 29, 18.
35, 7. 36, 7. 37, 17.
Ptolomaeus Martyr 51, 23.
Ptolomaeus Philadelphus 19, 6.
Pythagoras 12, 25.
Pythiae oraculum 12, 23.

R.

Repudii libellus 51, 11.
Resurrectio 13, 13. 34, 12.
Regnum, quod exspectant Christiani
6, 19 seqq.
Rhadamanthus 4, 33.

S.

Sacramento obstricti et conscripti
milites 25, 10 seq.
Sacrificia 7, 23. 44, 17. 45, 3.
53, 25.
Saltatoria 60, 3.
Samaritani 16, 24. 35, 16. 59, 31.
Saturni mysteria 58, 19. Pridie
Saturni Christus crucifixus est
46, 13.
Scenae; turpes fabulae in iis actae
60, 2.
Scripta magica 53, 23. v. Mag.
Scriptura sacra omnia ad Christum
pertinentia enarrat 21, 29.
Septuaginta 19, 6.
Serenius Granianus 46, 31.
Serpens 17, 31. 18, 1. 40, 3.
Sibylla 13, 27. 29, 17.
Simon magus 16, 24. 38, 11. 59, 31.

Socrates 3, 27. 12, 25. 54, 34.
56, 28.
Sodoma et Gormorrha 35, 29.
Solis die conveniunt Christiani 45, 25.
46, 10.
Sotadea carmina 60, 2.
Spectacula 3, 16.
Statua 5, 6. 16, 7.
Stoici 13, 28. 54, 30.
Synaxis 45, 25. 46, 10. vide
Saturnus.

T.

Terrae motus 47, 19.
Tiberina insula 16, 28.
Trinitas 4, 6. 7, 33. 40, 11.

V.

Vectigalia pendi iussit Christus
11, 25. Vectigalia gentium ex
stupris redeuntia 17, 24.
Venefici 54, 18.
Veranius Pollio 49, 10.
Verbum, 3, 33. 7, 6. 14, 10.
20, 27. 22, 2. 23, 15. 39, 26.
42, 22. 56, 9. 56, 21. 59, 13.
Vexilla 37, 30.
Virgines 9, 12.

U.

Urbicus 50, 2. 51, 28 et 34.

X.

Xenophon 57, 16.



Von Prof. Dr. **Gutberlet** sind schon früher erschienen:

Das Buch der Weisheit

übersetzt und erklärt.

Münster, Coppenrath's Verlag, 1874.

Das Buch Tobias

übersetzt und erklärt.

Münster, Theissing's Verlag, 1877.

Ueber letzteres sagt ein sonst wenig wohlwollender Recensent der „Literarischen Rundschau“ vom Jahr 1878, No. 8:

»Die Art, wie Gutberlet im Einzelnen die Kritik, auch die conjecturale übt, verdient rückhaltlose Anerkennung. Die Lesarten hat er mit grosser Gründlichkeit, Umsicht und Sorgfalt gesichtet und gewogen. Es bedurfte eines erheblichen Aufgebotes von hingebendem Fleiss und feinfühligem Takt, um dieser mühsamen und verwickelten Aufgabe Herr zu werden. . . . Bei der Sinnerklärung lässt er es sich angelegen sein, die Partikeln, diese Nervenfäden der Sprache, stets in ihrer logischen Berechtigung zu prüfen und darzulegen. Ueberhaupt ist die Sinnerklärung eine sehr gründliche, verständige und ansprechende, ebenso die der Realien, die keiner Schwierigkeit und Dunkelheit aus dem Wege geht. . . . Das philologische und linguistische Element kommt in G.' Commentar nicht minder zu seinem Rechte.«

Adolf Lesimple's Verlag in Leipzig:

- Affre, von**, Erzbischof von Paris. Das Christenthum und die Wissenschaft: oder philosoph. Einleitung in das Studium des Christenthums. *M* 1,50.
- Aristidis, Aelii**, Declamationes Leptinae. Emendatas atque annotationibus sum suis tum Angeli Maii et Jacobi Morelli illustratas edidit G. H. Grauert. *M* 4,—.
- Bartsch, Dr. H.**, de Chaeremone poeta tragico scripsit et fragmenta exhibuit. *M* 1,—.
- der Charakter der Medea des Euripides. *M* 1,50.
- Chrestomathia**, Schahnamiana. In usum scholarum edidit annotationibus et glossario locupletis instruxit J. A. Vullers. *M* 7,—.
- Fragmente** über die Religion des Zoroaster. Aus dem Persischen übersetzt und mit Commentar nebst dem Leben des Ferdusi, von Dr. J. A. Vullers. Mit einem Vorworte von Professor Windischmann. *M* 3,50.
- Harethi**, Moallaca cum scholiis Zuzenii e codicibus Parisiensibus et Abulolae carmina duo inedita e codice Petropolitano, edidit latine vertit et commentario instruxit J. A. Vullers. Typis regiis arabicis. *M* 5,—.
- Hauthal, F.**, über den Codex Heinianus oder Barcelonensis des Horaz und des Akron. *M* 1,—.
- Hermippi**, Smyrnaei peripatetici Fragmenta collecta disposita et illustrata ed. Dr. A. Lozynski. *M* 2,25.
- Hilgers, Dr. B. J.**, kritische Darstellung der Häresen und der orthodoxen dogmatischen Hauptrichtungen in ihrer genetischen Bildung und Entwicklung, vom Standpunkte des Katholicismus aus. I. Band. I. Abtheilung. gr. 8. *M* 3,50.
- Ueber das Verhältniss zwischen Leib und Seele im Menschen. *M* 2,—.
- Symbolische Theologie. *M* 3,50.
- Jarchi, R. S.**, ausführlicher Commentar über den Pentateuch, aus dem Originaltexte übersetzt und mit Anmerkungen versehen von L. Haymann. I. Band. Das erste Buch Mosis enthaltend. *M* 6,—.
- Kuhl, Dr. Jos.**, Die Anfänge des Menschengeschlechtes. 2 Bde. *M* 8,—.
- Lentzen, Dr. J. H.**, Erkennen und Glauben mit besonderer Berücksichtigung des Klemens von Alexandrien und des Anselmus von Kanterbury. *M* 2,—.
- Movers, F. C.**, kritische Untersuchungen über die biblische Chronik. Ein Beitrag zur Einleitung ins alte Testament. *M* 5,—.
- Prym, Dr. Eugen**, de Enuntiationibus relativis Semiticis. Dissertatio linguistica. *M* 2,50.
- Rospatt, J.**, die deutsche Königswahl bis auf Feststellung durch die goldene Bulle. *M* 2,25.
- Vullers, Dr. J. A.**, Grammaticae Arabicae elementa et formarum doctrina per tabulas descripta. In usum praelectionum. gr. 4. *M* 2,50.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10



